

Andreas Müller


**Andrae Mulleri Greiffenhagii Glossarium Sacrum. Hoc est, Vocum & Phrasium Peregrinarum, Quae In Hebraico Veteris Testamenti Codice occurrunt & Interpretibus Multum negotii hactenuss facessunt, Penitior ex Originaria uniuscuiusq[ue] Lingua Expositio. Cuius tamen primo prima solummodo Pars, ut a viginti & amplius annis Typis expressa erat, nunc demum editur**

Francofurti [a.d. Oder], 1690

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn786448628>

Druck Freier  Zugang





*Fc. 4067.*



WILHELM BIERVA



A  
C  
R  
VO  
In  
w

Pp 112 p 4nd

ANDREÆ MULLERI  
GREIFFENHAGII

# GLOSSA- RIUM SACRUM.

*Hoc est,*  
VOCUM & PHRASIIUM  
PEREGRINARUM,

*Que*  
In Hebraico Veteris Testa-  
menti Codice occurrunt

&  
INTERPRETIBUS

Multum negotii hætenus faceſſunt,  
*Penitior ex Originariâ uniuſcujuſq; Lingvâ*  
*Expoſitio.*

*Cujus*  
*tamen primò prima ſolummodò Pars,*  
*ut à viginti & amplius annis Typis expreſſa erat,*  
*nunc demum editur*

Ab AUTORIS Filiò,  
Quodvult deò Abraham,  
A. G. F. MULLERO.

Francofurti, ANNO MDCCXCV.

*F.C. = 4067.*

HIERONYMUS,

*Ad Letam, de Institutione Filiae.*

Non sunt contemnenda quae PARVA  
sine quibus MAGNA constare non  
possunt.





AUGUSTISSIMI  
MONARCHÆ  
SVECICI

AUTORITATE

In Sanctiore

POMERANICI REGIMINIS COLLEGIO  
CANCELLARIL ET CONSILIARIORUM

MUNERE FUNGENTIBUS

*Illustribus & Excellentissimis*

VIRIS:

D. GEORGIO DIETERICO à WOLFFRAMS-  
DORF, in Gros-Aga &c. Hæreditario,

D. JOACHIMO CHRISTOPHORO à BEHR,  
in Semelo &c. Hæreditario,

D. JOHANNI ALEXANDRO à NORMANN,  
in Bugenhagen &c. Hæreditario,

Dominis ac Patronis observantissimè  
habitis ac habendis,

*Pagellas hæc humiliter consecrat.*

atq; nna

Se suaqve studia devotè commendat.

*Quod vult deus Abraham,*

A. G. F. MULLERUS.





**L**Exerat Amasidis, rationē  
ut quisque Nomarchæ  
Redderet: ut vitam quam  
que vitam hanc ageret.

Vobis Illustres animæ, con-  
testor hoc ultrò  
Exiguis, quæ nunc offero,  
muneribus.

Scilicet applicuit me Mens  
congesta sacratis  
Codicibus. Lingvis quos  
sine nemo capit.

Scilicet his alis tentant pene-  
tralia, quotquot  
Intervire student & Patri-  
æ atque DEO.



Olim Iosepho mittebat can-  
tica terræ

Ipsè parens. [Oculus quip-  
pe is Amosis erat.]

Ecquid ego? longe lateque  
tuentibus Arctoi

Imperii his oculis? Tenuia.

Verba. Nihil.

Optima quæq; bonis, Magna-  
tibus ardua quæque

Debentur. Cyro guttata  
men placuit.

O placeant aliena, ipsus dum  
propria promam!

Si placeant, satis est. Vi-  
vite pancraticè.

NOTULÆ GALEATÆ

- (a.) *Amasidis*. Regis ÆGYPTII, circà an. ante Christum 569. CYRI MAJORIS ætate.
- (b.) *Nomarcha*. Præfecto hujus-illius Nomi, h. e. Provinciae, quas in Ægypto Νόμους vocabant.
- (c.) *Vitam ageret*. Herod. II. 172.
- (d.) *Illustres anima*. Muret Poëm. Var. I. p. 35.
- (e.) *Hoc*. Corripitur etiam ap. *Poetam Veterem*, cit. Vosß. Gramm. II. 28. Et apud *Lucinium Satyr.* XXX.
- (f.) *Mens congesta*. Ita *Claudianus* de raptu Proserpinæ Libr. I. in pr.
- (g.) *Cantica terræ*. Gen. XLII. 11; Fructus terræ decantatisimos, e. gr. *Balsamum Gileaditicum*; *Amygdalas* &c.
- (h.) *Oculus*. Antiquus *Consiliariorum Regionum* Titulus. *Palæphat.* p. m. 79. *Apulejus* de Mundo, *Brisson.* de Reg. 10. Perf. I. p. 125.
- (i.) *Amosis*. Regis Ægyptij circà a. ante Christum 1690.
- (k.) *Arctoi*. Versus *Hypermeter*, ut ap. *Virgil.* *Georg.* II. 295. II. 69. III. 449. *Æn.* VI. 33.
- (l.) *Tenuia*. *Proceleusmaticus*, ut ap. *Virgil.* *Æn.* V. 432.
- (m.) *Cyro*. Vid. *Ælianus* Var. Hist. I. 32.
- (n.) *Pancreticè*. Plaut. Bacch. Omnigeni roboris obfirmationem designat.

Dabam Stetini, Metrop.

Pom. Reg. 14. Kal. Novembr.

clō Iōc LXXXIX.

## PRÆFATIO.

PRodeunt tandem, LECTOR BENEVOLE, in publicum Pagellæ, quas Venerandus PARENS, partim anno MDCLXV. partim uno atqve altero anno post Typis commiserat. Quæqve multum hætenus desiderata sunt. Cum enim Ipse hujus GLOSSARII in aliis Scriptis suis meminisset, c. gr in *Symbolis Syriacis* p. 33. in *Observation. Sinicis* p: 2. a. II. a. 14. b. in *Comment. Monum. Sinici.* p. 40. b. 63. a. in *Epistolis de Invento Sinico* p. 12. Imò anno jam tum MDCLXII. in *Scrutiniò Fatorum Gogi* p. 31. Ac præterea uni atqve alteri exemplum aliquod concessisset; Placuit etiam nonnullis Viris, in ipso hoc genere Doctissimis Opusculi mentionem facere publicam. Quod sanè faciunt D. D. PFEIFFERUS Critic. p. 231. D. REISKIUS in *Programmæ de Lingvâ Tertiâ,* & D. FINWETTERUS in *Piò Desideriò* p. 36. non sine desiderii nota. Sed quæ Vir Celeb. D. JOBUS LUDOLPHUS *Hist. Æthiop. IL. 1. 14.* de Præsbytero Johanne habet [hæc nempe:] *qbia Persis hincioribus, ad significanda illius (Regis ac populi) sacra. Presterchan b. e. Chanus seu Princeps Adoratorum, i. e. Christianorum, ut Quidam putant --- dictus fuit* ea proculdubio tam ex GLOSSARII parte istâ p. 52. quam ex *Apographò* de hâc materiâ MSS. PARENTIS, [præter quem scilicet nemo istam Etymologiam tradidit] hausit.

Tantò interim tempore PARENTI otium non fuit, ut reliqua ederet. Causas etiam, quare cunctaretur, fortean habuit.

Nunc autem cum *Bibliothecam* mihi iustrandam concederet, veniamqve hujus editionis inter alia daret, id ipsum citra moram ulteriorem tecum communico. Sed partem tantum primò primam ejusqve solius *Indiculus*, exploratum, quas ob causas reliqua mihi itidem commissa, sive submittenda sive spongiâ obliteranda sint. Interim hæc est

SUMMA

TOTIUS OPUSCULI.

A 4

GLOS-

GLOSSARIII SACRI PART

PRIMA complectatur

VOCES PURE EXOTICAS:

Ægyptiacas

Arabicas

Armenicas

Græcas

Persicas,

Syriacas.

SECUNDA,

Voces ex PARTE EXOTICAS.

a. *Ufu* scilicet, non *ortu*,

b. *Origine*, non *flexione*.

c. *Punctatione*, non *literis*.

TERTIA,

Voces FALSO SUSPECTAS,

habitasque

vel pro Ægyptiacis,

Arabicis,

Græcis,

Latinis,

Persicis,

Philistinis,

Hybridis.

QUARTA,

Voces ALIOQVI DUBIAS,

*Thematibus cognatisq;* destitutas

cum *Appendicibus,*

e. gr. *Glossis N. T.*

& alijs,

hoc studio assiduis *materiis.*

IHC!

ANDREÆ MÜLLERI,  
GREIFFENHAGII

GLOSSARIUM SACRUM.

*Pars Prima*

de Vocibus merè Exoticis.

*Sectio Prima,*

GLOSSÆ ÆGYPTIACÆ.

אבִּיב [אביב] אבִּיב

ABIB. MENSIS *nomen.*

**A** BIB & Hebraica vox est, & Ægyptiaca. 1.  
Hebraica SPICAM, quæ unâ CUM 2.  
CALAMO est, significare creditur. Ego  
ἡλειόγονα malim, hoc est *maturos quosque*  
agri *fructus*. Et *Semina* quidem multo magis  
quàm spicas culmosque.

Sicque vox Levitici II. 14. accipitur. Ibi 3.  
enim inter alia אביב קלוי באש גריש כרמל  
Domino offerri edicitur, hoc est, *frumentum*  
*primitivum ad ignem tostum, contusumque q.*  
*torculari.*

Quod quid sit, quodammodo colligere licet 4.  
ex Lev. XXIII. 14. Scilicet, non comedendus  
erat panis אבִּיב וקלוי וכרמל neque *ex tostis gra-*  
*nis, neque ex fresis, antequam oblatum esset*  
*sacrificium primitivorum Domino.*

A

Vides,

5. Vides, panem dici, quod antea אביב Abib dictum erat. Panis autem ex *granis* conficitur, non *spicis culmisque*.
6. Itaque ABIB *proprie Adjectivum est*, ut סביב, קליל &c. *Usu, substantivum*. Itemque *proprie maturum fructum significat*. *Usu, Primitivum*.
7. Jamque illa ipsa dictio ABIB & *Ægyptiaci mensis* vocabulum est. Namque *Ægyptij* in hunc usque diem quendam suorum mensium ΕΠΗΠ (ita enim scribunt) vel ABIB (ita enim legere solent) appellant. Arabes quoque **أبيب** ABIB scribunt. Iisdem, quibus Hebræi, literis. Græci ΕΠΙΦΙ.
8. Sed Moses peregrinam vocem non aliter ac si Hebraica esset, usurpat. Præfigendo scilicet illi articulum Hebraicum, & præmittendo commune mensis nomen. Ubiq; enim legitur **חודש האביב**, quasi diceret: *mensis spicae* aut etiam *spicarum*. Eò en. plerorum expositio devertit. Loca sunt *Exod.* XIII. 4. *Deut.* XVI. 1. ubi *Israël* hoc mense *Ægypto* exiisse dicitur. Dein *Ex.* XXIII. 15. XXXIV. 18. ubi *de Paschate* agitur. v. 2. *Macc.* VI. 36. f. deque **חל אביב** *Ezech.* III. 15. Interpretes.
9. Vulgatas verò Mosaicæ dictionis expositiones docebit isthæc

CLAS-

COLLATIO VERSIONUM MAXIME  
ILLUSTRIMUM.

36 [חרש אביב] 36

CLASSIS I.

a. ירחא דאביבא Onkel.

b. ירחא דאביבא Idem.

ירחיה אביבה V. Sam.

ירח אביבה Eadem.

CLASSIS II.

CLASSIS III.

c. شهر الفريک Arab.

CLASSIS IV.

d. ماه ماہی و اس حبا Syr.

CLASSIS V.

c. ماهي ان ترخوشه Pers.

CLASSIS I.

CLASSIS II.

Gobar. Νεσων. f.

CLASSIS III.

LXX. ὁ μὴν τῶν νέων .

Hieron. mensis novorum. h.

Vulg. mensis novarum frugum. i.

Eadem. mensis verni primum temporis. k.

CLASSIS IV

MACAR. ὁ μὴν τῶν ἀγῶν. l.

CLASSIS V.

A 2

Notæ



## Notæ.

- |                        |                     |
|------------------------|---------------------|
| a. in Exod.            | e. mensis humidarum |
| b. in Deut. & Jonathan | spicarum. in Exod.  |
| utrobique.             | Et Deut.            |
| c. Latine: mensis gra- | f. ap. Photium.     |
| nescentis segetis. g.  | in Exod. & Deut.    |
| Ita Paris. in Exod. h. | in Hagg. II.        |
| In Deuter. verò, se-   | i. Exod. XIII. 4    |
| getis perfricabilis k. | Deut. XVI. 1. Exod. |
| d. mensis florum. in   | XXXIV. 8.           |
| Ex. Et Deut.           | l. Homil. XLVII.    |

9. Vides, propè omnes velle, vocem *Hebraicam* esse, Et *primigenium fructum* denotare.

10. Sed vox verè *Ægyptia* est. Æquè, ut hæc mensium nomina: ADAR, ELUL, TAMMUS, THEBET, & ipsum NISAN.

11. Et sunt, qui velint, mensem *Epiphi* de *Epapho* dictum esse. Quod & credibile est. Namque & alios *mensēs Heroum nominibus insigniverunt Ægyptij* æquè ac *Perse, Athenienses, Romani.*

COGNOMINES DEORUM, HEROUMQ;, MENSES.  
ÆGYPT. MECOPI, מצרים, gētis cōditor,

Φω Φ†, Vulcanus.

ΦωϞ θωθ, Mercurius.

חמו Themosis, Rex.

Per-

Perfarum **لومزل** OROMASIS.

**دی** DIUS.

ATHEN. ΚΡΟΝΙΟΣ, **Κρόνος**, Saturnus,  
 ησειδεών, ποσειδών, Neptun<sup>9</sup>.

ROMAN. JULIUS.

AUGUSTUS.

*Hungari* item de *Sanctis* menses nuncupant. 12.  
 E. G. Szent Jacob Havà, Julius,

Szent Mikalus hava, September.

*Sina* etiam cyclum suum sexagenarium de 13.  
*Andrea*, nescio cujus, nomine *Vennum* ap-  
 pellant & isthoc caractere X designant.

Perfæ & Chaldæi insuper diebus cujusque 14.  
 mensis Deorum Heroumque nomina tribue-  
 runt. v. *Kirch. Prodr. Copt. p. 331. & Oedipi*  
*P. III. p. Ulugbeigi de Epochis p. 101. Jac. Gol.*  
*ad Alfragan. p. 17. f. 19. ppr. 21. m. 27, ppr. 28.*  
*m. 39. f. 40. m. 42. f.*

Fuit a. EPAPHUS Jovis ex Iside filius; 15.  
 Memphis Ægyptiæ Conditor; Libyæ, unde  
 Africa nomen accepit, conjux. *Natal. Comes*  
*Mythol. II. 1. p. 96. v. Gloss. Profanum voce*  
 APIS, qui, autore Herodoto, idem qui Epaphus. 16.

Sed quis ille mensis **אביב** ABIB est? *Xan-*  
*the Pagnino* autore Julius est, cui & **אב** AB  
 ex parte respondet. Sed castigatur propterea

à Münstero , Clario , Cornel. à Lap. Joh. de la Haye. Uti & ARIAS MONTANUS.

Neque tamen nuda ex literis conjectura est. Epaphus enim APIS est, ut dixi, quem plerique quasi PATREM ex Hebræo dictum volunt. Estque ABIB undecimus Ægyptiorum mensis, ut AB Hebræorum atque Syrorum undecimus. Tum & EPIPHI JULIO respondet, secundum Kircherum Oedipi T. II. P. II. p. 263.

17. Sed non semper ut ordine, ita & tempore sibi invicem respondent diversarum nationum menses. Quod hic maximè observandum. Alia enim Juliani, alia Ægyptiaci, antiquissimi illius, anni ratio est.

18. Quod n. Macrobius tradit: Certum anni modum ap. solos Ægyptios semper fuisse (Saturn. I. 12. pr.) id vel de unâ Ægyptiorum ætate intelligendum est, vel grandis error est. Primitus enim, aut sanè circâ Mosis tempora annis Lunarib. usi sunt. Postea novum anni formam receperunt, sic, ut in singulos annos XII. menses tricenarios, seu triginta dierum, putarent. Eratque is annus dierum CCCLX. Dehinc diebus CCCLX. quotannis quinque dies adjiciebant, quas Ἐπιπροσθετάς Adsititias vocabant. Strabo τὰ ἐπιπροσθετάς μόρια, XVII. p. 554. fin. Eaque anni forma Nabonassarea dicebatur & Babylonia. Usur-

furpata à *Ptolemaeo*, aliisque illius ætatis. Postremum, ut & temporum ratione, quò Romano Imperio subjecti essent Ægyptii, ipsi profiterentur, à *Diocletiano* coacti sunt menses diesque suos Romanis aptare, adeoque die intercalari quarto quoque annò uti.

De *Diocletianâ* anni formâ nihil est, quod 19. amplius memorem. *Nabonassaream* ab Ægyptio Rege *Asethe* paulò ante Exodum Israeliticam introductam fuisse non nemo contendit. Sed *Nabonassar* Exodo septingentis quin. quaginta annis posterior vixit. Ægyptij verò hanc Epocham à *Babylonijs* acceperunt. Præterea sive hanc, sive etiam primam, sive secundam anni formam observaverint Ægyptii, tunc, cum Israel ex Ægypto migraret, cumque Ægyptiis Israelitæ (uti postea *Babyloniam* formam acceperunt) *Vaga illa annorum forma* fuit.

Adeoque temporum illorum menses Ægyptij 20. cum *Julianis* comparari nequeunt. Et nihil dubito, quin, quum Israel Ægypto excederet, mensis, quem nunc *Martium* dicimus, apud Ægyptos, adeoque Hebræos *Epiphi* fuerit.

*Festa sanè Ægyptiaca* omnes olini anni tempestates peragrare solebant, uti hodiè *Mohammedica*. Testis est *Geminus* l. de spherâ. 21.

Liquet quidnam de ceteris mensis *Abib* 22. *synchronismis* habendum sit. *Aben Esre* sc.

Gobari & Josephi. Aben Esra autore, Abib & Tebet idem mensis est. Sic en. ille ad Esth. II. 6. Fueruntque nisi fallor hæc ejus conjectura. *Thebet est Thor, primus Ægyptiorum mensis. Abib est Nisan, primus mensis. Ergò Abib est Tebet.* Stephanus quoque Gobarus Aprilem hoc nomine ABIB intelligit. Quod quodammodò tolerabilius. Circà Aprilem n. Hebrai Ægypto exierunt. Fl. Josephus tandem mensẽm *Nisan*, qui communiter pro mense Abib habetur, cum *Xanthico Macedonum* comparat, (*Antiqv. III. 13. p. 93. a.*) cumque *Pharouthi Ægyptiorum* (II. 13.) Vid. voc. NISAN.

𐤀𐤌𐤍 [ 𐤀𐤌𐤍 ] 𐤀𐤌𐤍

### AMON. JUPITER.

1. **A**MON item & Hebraica est, & Ægyptia vox.
2. Hebraicè artificem significat; Ægyptiacè Jovem: De quo fusè in *Gloss. profano*.
3. In sensu Ægyptiaco *Jerem. XLVI. 25.* legitur. Ibi Deus dicit, se visitaturũ esse *Amonem de No & Pharaonem*, atque *Ægyptum Deosque ejus ac Reges ejus.* *Amonis* vero nomine *Joves Ægyptii* procul dubio indigetantur, uti *Pharaonis Reges.*
4. Cumque No, Ægypti urbs, ammonis templo celebratissima esset 𐤍𐤏 𐤀𐤌𐤍 *Hamonis No* dici-

dicitur Ezech. XXX. 15. & מֹנֶן נֹן *No Amonis*, Nah. III. 8.

Tantummodo Hebraica peregrinae vocis 5.  
scriptura מֹנֶן & מֹנֶה vocibus Hebraicis  
**ACCOMMODATA** est.

Fuit autem *No Amonis*, eadem quae *Diospo-* 6.  
*lis*. Sic LXX. Ezech. l. c.

Non illa tamen *Diospolis*, quam & *Thebas* 7.  
*Aegyptias* vocarunt, sed altera illa, quae prope  
*Mendetem* est, ut infra.

גבול [גבעל] גבול

**GIBOL. EX.**

**Q**uare grande ille ὁ θεῖλα, plaga 1.  
*Aegyptiorum* septima, *hordeo*, *linoque* no-  
cuerit; *tritico* atque *spelte* non item; *Ex-*  
*odi* IX. 31. 32. traditur.

De *lino* itaque & *hordeo* scriptura ait, ea la- 2.  
sa esse & afflicta כִּי הַשְׁעָרָה אֲכָוָה וְפִשְׁתָּהּ  
לֹא יִבְעַר Quod hordeum vireret, & linum exiisset.

Vox גבעל alibi non extat. Quadratura 3.  
verò illius arguit domesticam non esse. Pro-  
bant reliquae veteris *Aegyptiorum* linguae. Ibi  
n. vox ΕΒΟΛ idem est, quod Praepositiones  
*A*, *DE*, *Ex*. Non per se tantum, sed & in Com-  
positionibus. E. G.

ΑΙΕΒΟΛ, eduxit.

ΩΝΕΒΟΛ, effundet.

A 5

Et

4. Et veluti *verbum substantivum* ad vocem Hebraicam אביב ABIB subintelligendum est: Ita & ad Ægyptiam גבעל Gibol.

סס [כנה] סס

1. Commendat Assaphus Deo populum Israëliticum sub figurâ *Vitis*. Et sic quidem Ps. LXXX. v. 16. precatur. *Visita*, ait, *vitem* hanc, & *Channam*, quam *dextera tua plantavit*.
2. Itaque *Channam* epexegeticè vocat, quam paulò ante *vitem* vocaverat. Et *vitem* quidem ex Ægyptò *traductam*, uti Israël ex Ægypto venerat.
3. Unicū hujus vocis exemplum in toto corpore librorum V. T. apparet. Hinc Interpretes omnigenas conjecturas de sensu ejus afferunt. v. Sam. Bochartus Geogr. lacræ p. 67.
4. Is verò Ægyptiâ vocè esse suspicatur, & quia Assaphus de *Exitu Ægyptiaco* loquitur, & quia *hedera Ægyptiis* χενόσις h. e. Φυλὸν ὀσίης. dicta fuit, autore Alexarcho ap. Plut. in *Isid.*
5. Adeoque *Channa* Assaphi & XEN Ægyptiorum PLANTAM vel *fruticem*, qualis & VITIS est, significabit.
6. Confirmant hoc ipsum Ægyptiaca lingua *rudera*. Ibi namque *arbor* ΣΧΗΝ dicitur, & *Tamariscus* ΣΧΕΝΟCΙ, *Cedrus* verò ΣΧΕΝCΙVΙ.

Nec

Nec refert quòd litera *Schei* literæ *Caph* 7  
non respondeat vulgò. Notum n. eruditis est,  
quòd *Caphraphatū* (CH.) ab *Orientalibus* æquè  
ac *Gallis* in modum literæ *Schei* pronuncietur.

Indeque est, quòd *Matthai* v. 12. *Paxà* vel 8.  
*Πάχά*, potius, pro *רשע* *Rascha* legitur, in il-  
là Salvatoris sententiâ, quæ in *Tamude* sic ex-  
primitur: *חקורא לחבירו רשע יורדין עמו*  
: *חזיר* *Qui socio suo IMPROBE dixerit, ca-*  
*pital esto.* *Kidduschin* 28. 1.

סג [מלך] סג

## MOLECH. MARS.

**MOLECHI** in Veteris Testamenti libris per- 15  
*frequens mentio est.*

Quin *peregrina sit*, nemo dubitat.

Attamen *articulus Hebraicus* illi ipsi passim 2.  
præfigitur. Diciturque, *המלך* Lev. XX. 5. & 3.  
*למלך* Lev. XVIII. 21. XX. 2. 3. 4. 5. 2. Reg.  
XXIII. 11. *Jer.* XXXII. 35.

Vulgo **MOLOCH** dicitur. Sed & *מלכום* 4.  
*Malcom* dicitur, 2. *Sam.* XII. 30. & 1. *Par.* XX.  
2. *Davide Kimchio* autore, *Jer.* XLIX. 13, *Ze-*  
*phan.* I. 5. Itemque *מלכום* *Milcom* 1. *Reg.* XI.  
5, 2. *Reg.* XXIII. 14. vocib. *Hebraismo* **AC-**  
**COMMODATIORIBUS.**

æodem



5. Eodem nonnulli trahunt *Adramelechum* & *Anamelechum*, quorum 2. Reg. XVII. 31. mentio fit. De quibus tamen nihil certi habemus.
6. Fuit autem MOLECHUS עֲמוֹן בְּנֵי עֲמוֹן *Ammonitarum Execratio*, sive *Idolum*, Ita 1. Reg. XI. 7. legere est. Ibidemque *versu quinquagesimo* idem de *Milcomo* pronunciatur: & *versu 33.* quod אלהי בני עמון *Ammonitarum Deaster* fuerit. adde 2. Reg. XXIII. 14. ubi תעבת בני עמון *Abominatio Ammonitarum* appellatur.
7. Sed ex *Levitici* locis colligitur, *Molechum* *Israëlitis* vix *Ægypto* egressis notum fuisse, vocemque adeo non tam *Ammoniticam*, quam *Ægyptiacam* fuisse. Et *Ægypto* quidem excesserunt *Israëlitæ*, sed subinde ad *Idololatriam* in *Ægypto* visam redierunt.
8. Coptitæ verò etiamnum *Martem*, ΜΟΛΟΧ vocant, quod *subjecta* docet


PLANETARUM TABULA.

Copt. a.	Arab.	Hebr. d	Perf. e.	Grac.	Latin.
ΠΙΠΗ	الشمس	שבת	افنتاب	ἥλιος.	Sol
ΠΙΙΟϛ	القمر	ליל	سالا	σελήνη.	Luna
PHΦAN	زحل	שבת	كبولان	Κρόνος	Saturnus
ΠΙΖΕΥC	المشتري	PTX	برجيس	Zeus	Jupiter
MOAOX	المريخ	מדים	بهرام	Ἄρης.	Mars
COTPOТ,	الزهرة	קוקא	باهيل	Φωσφόρος	Venus
ΠΙΕΡMHC	عطارد	דוכב	ننر	Ἑρμης.	Mercurius.

- a. Nomenclator. Copt. p. 49.  
 Conf. Kircher. Prodr. Copt. p. 147. 266.  
 & Supplem. p. 528.  
 Lud. de Dieu ad Lev. XX. 2. et Act. VI. 43.  
 Seld. Jur. Nat. Gent. III. 22.  
 Hotting. contra Morin. p. 57.
- b. *Zuhal*. Plerique **رجل** *Regel* scribunt,  
 quod *virum* significat. Sed perperam.
- c. *Merich*. Lud. de Dieu verò **المرتج**  
*Elmartego* legit. Quod vel scriba error fuit, vel  
 ipsius. *Elmartego* enim *argentum vivum* signi-  
 ficat, & arabicè & Hispanicè.
- d. Mich. Neand. Erot. L. Sanctæ. p. 193.  
 Schindl. Lex. voc. כוכב.
- e. Anonymus de Siglis p. 7.

9. Ad Tabulã in super notari velim, quòd non  
 omnia hæc vocabula, quæ inter Coptica refe-  
 runtur, verè *Ægyptiaca* sint, sed *Græca* par-  
 tim, ut *εἰρηῆς* & *ζεύς*; Partim & *Arabica* ori-  
 ginis, ut *COVPOT*. Est enim ipsissimum *A-*  
*rabicum* **سورة** quod *Splendoris* propriè sen-  
 sum habet. Venus autem inde sic vocatur,  
 quòd *Splendidissima* omnium sit. Quare &  
 Hebræis **נוגה** *Nogah* & **הילל** *Helel* appella-  
 tur. Vi-

Vides *Molochum Martem* dici. *Mars* enim 10.

Arabicè  *Elmerich* dicitur, non *Saturnus*, qui *Johannis Fabricii* error est, *Spec. Arab. p. 74.* *Mars* itaque *Ammonitarum Deaster* fuit; non patrius tamen, sed *Ægyptienſis*. Quod qui non obſervarunt, quale nūmen **MOLECHUS** eſſet, variè conjeccerunt.

II.

Nonnullis pro 1. *Saturno* habitus eſt. Maxime, cum homines *Molecho* non februatū tantū, ſed & immolati (uti contendunt) legantur; *Saturnus* verò Græcis Romanisque liberos vocaſſe creditus ſit. v. *Chriſtoph. à Caſtro in Jer. VII. XXII. 35.* conf. *Schindl. in מלך* *Theophylaſtus* uti & *Oecumenius in Act. VII.* ex *Cyrillo* tradunt, *Molochum* (quem falſò *Moabitarum* idolū vocant) *λίθον* fuiſſe *διαφανή ἐπὶ μετώπῳ ἀνεγίς εἰς ἑωσφόρον ἵππον*, hoc eſt, *Lapidem in ſummâ fronte* (idoli) *ad inſtar Luciferi pellucidum.* Videnturque *Patres* *Molechum* pro 2. *Venere* Planetâ habuiſſe. Conjectura *Nata* eſt ex *Ptolemaicâ* verſione 2. *Sam, XVII. 30. 1. Par. XX. 2.* Sed ibi non de coronâ *Milcomi*, uti *LXX.* legerunt, ſed *מלכם* *Regis eorum*, *Ammonitarum* putata, ſermo eſt. Sunt quibus *Molechus* 3. *Mercurius* eſt. *Arieſc. Montano in Amos. I.* Quasi *מלאך* *Malach* dictus fuiſſet, h. e. *nuncius*, quod.

quodque Mercurius *DEORUM* nuncius esse fictus est. Præterea pro 4. *Priapo* habitus est ab Anton. Fonseca in Cajet. ad Lev. XX, 2. f. Proque 5. *Jove*, Deorum rege, ab aliis; ab aliis pro 6. *Serapide* seu vitulo. v. Corn. à Lap. ad Lev. XVIII. 2 1. *Solem* verò subindicatū fuisse propè multi, iiq; eruditissimi viri contēdunt. *Gerhardus Joannes Vossius* maximè, *Theol. Gentil. II, 5. Morneus* de V. R. C. Sched. de DIS Germ. p. 99. 401. Schindl. in מלך Sed hîc repetiverim quod *Vossius* l. c. rectè ait: *De Orientis Theologia non debere judicari ex Gracâ vel Romanâ.* Quodque *Sam. Bochartus Phalegi XIV. 19.* verè asserit: *Rarè sibi constant prisca scriptores, cum peregrina numina Gracis nominibus efferunt*, de recentioribus quoque non ineptè dixeris. Notum est tot Deorum nomina ad unius Dei multiplicem virtutem & millena beneficia referri. Ceterum hoc loco non quæritur, quot vocabulis unus ille Deus etiam à Paganis insignitus fuerit; Sed quodnam huic illi nomini in aliâ atque aliâ linguâ propriè respondeat, veluti *Marris* vocabulum *Molechi* vocabulo respondere dictum est.

ס [מ] ס

MAN. MANNA.

- I. **I**sraëlitæ, cum in desertò palantes cibum quendam coelicum, quo quodraginta annis pascendi

cendi erant, primùm post rorem matutinum emergentem contucrentur, מן הוּא *Man hu* dixisse leguntur Exod. XVI. 15. Ibidemque mox vulgaris verbi *ratio* substernitur כִּי לֹא יָדְעוּ מַה הוּא *Quod non nõssent, Quid esset.*

Itaque nonnulli Interpretum illud *Man hu* 2. *Interrogativè* dictum volunt, q. d. *Quid Hoc est? Sic Vulgata, Lxx. Jonath. Josephus.*

Jamque autor libri Judaici *Chascuni Ori-* 3. *ginem Ægyptiam* voci MAN tribuit, traditque Ægyptios מן *Man* dixisse, pro eo quod Hebræi מה *mah* dicunt, hoc est, *Quis vel Quid?*

Sed nihil hujus inter *Ægyptiaca Lingua re-* 4. *liquias* invenias. Imo *Interrogativum pro-* *nomen Ægyptiis* est OY, quod est *مالى*

*وايش* *Quis, ecquid, secundum Auto-* *rem Scale ELECTÆ p.m. 455. Hinc & ipsum* *MANNA* ab Autore *Scale Magnæ* exponitur

*ΜΕΟΤΠΕΦΑΙ* quod est *ما هو هذا* *Ecquid hoc est?*

Neque credibile est, populum Hebræum 5. adeò temerè & vulgò barbaram dictionem vernaculæ (מן) HU attexuisse, maximè, cùm Hebraicè *Interrogativum* facile enuncia- re posset.

B Ideo

6. Ideoque nonnulli conjiciunt, Hebræos olim & מן Man dixisse, pro eò, quod communiter מן Quis & מן quid dicunt. Maximè, cum Fl. Josephus hoc asserat, scribens: Ἰὸ γὰρ μαῦν, ἐπερωτήσις κατὰ τὴν ἡμετέραν διάλεκτον, τί τῆς ἔστιν ἀνακρίνουσα. Namque hæc vox MAN, percontativa est in Linguâ vernaculâ, QUID HOC EST interrogans. *Antiqu. III. 1. p. m. 73. c.*
7. Et Chaldaica Dialectus quidem unâ cum Syriacâ, & Arabicâ, imo & Æthiopicâ eam vocem MAN agnoscunt, inque Interrogativis habent. Sed, cum de Personis quæstio est: non, cum de Rebus. Nisi, quod Æthiopes utrinque מן Mynt dicunt, h. e. Quis & Quid? v. *Aben. Esra* ad Ex. l. c. ubi R. Salomonem castigat, qui voci MAN arabismum tribuat inusitatum.
8. Adeoque non temerè à vulgatâ opinione discessit B. Luther. sententiam verborum populi de ignoto cibi genere ita reddens, ut *Affertivè* vel *Enunciativè* dictum intelligatur, quod aliis *Interrogativè*. Vertit enim, das ist Man. Sic & *Onkelos*, *Judai Mauritan*.
9. Nec obstat ratio dictorum, quod *populus non nosset, quid esset*. Sensus namque est, quod *populus incognitum istum cibum Man-na vocaverit nomine mellis aërei, quod sibi inde*

inde ex aegypto cognitum erat, cuiq; similior erat. Inde & hic *Manna* dictus est. *Ex. XVI.* 31. Et si tale quid non esset, sed *Panis*, quem edendum ipsis Dominus dederat, veluti Moses populi iudicium corrigit, v. 16. & רגן שמים atque לחם אכירים *Psal. LXXVIII.* 24. 27. CV. 40. *Sup. XVI.* 20. *Hebr. IX.* 4.

An verò מוקדם ומאוחר *Hysteron proteron* 10. locum hîc habeat, *vid. Aben Esra ad v. 13.* ubi R. *Mosis sententiam adducit.*

Erat a. *Manna cœlicum.*

II.

1. Ros quidam (*Joseph. Philo. Nyssenus*) qui

2. Etiam intrâ Castra Israël *Num. XI.* 9. *Pf. LLXXVIII.* 28. v. *Villetus*) pluebat.

3. Terramque ceu parvis quibusdam siliquis opplebat, (v. *Sulpit. Sev. I.* 16. Rore verò vulgò sic dicto rectus erat. (ita *Rabbini communiter.*)

4. Rore a. hoc ad Solis radios evanescente conspicuum erat *Manna deserti.* *Targ. Lyræ, Cajet. Vatabl.*)

5. Vicemque *Panis* supplebat (*Estius.*)

Præterea.

6. רק מחספס (*Ex. v.* 14.) minutum rotundumque erat, hoc est רגור teres, (*Aben Esra. κερκυμμένον Apoc. II.* 17.)

7. רק ככפיר minutam instar pruinæ, (v. 14.) & glaciali albedine. (*Sulp. Sev.*) כגלירא *Onk.*

B 2

לבן 8.



8. ועינו כעין הכרלח album Num.  
 XI. 7. ὁμοιον ἤ τῶν ἀρωμάτων βδέλλα Jo-  
 seph. مثل لون اللولو colore mar-  
 garitæ. Maur.

9. כזרע גר (v. 31; Num. XI. 7.) ad in-  
 star feminis Coriandri ( Joma fol. 75. ) vel  
 finapis. ( v. Aben Ezra. ) magnitudine, ( Jo-  
 sephus. ) & rotunditate. ( R. Salom. ) non co-  
 lore. Nigrum en. Coriandri semen est ( Lyra. )  
 Non album. ( R. Salom. ) Oryzam supponit.  
 ( Samar. c. Schol. ) Malim Coriandrū, quod Poe-  
 nis quoq; Γόιδ dicitur. Dioscor. III. 71. Rein.  
 L. Pun. c. 10.

10. Sapor, כצפיחות ברבש (v. 31.) ceu  
 simila mellita erat. Ideoque αἰθέρος μελίρ-  
 ρυτος ἄρτος Nonno Joh. VI. 32. dicitur. In  
 Numeris ( XI. 8. ) saporem לשד השמן טעם  
 humoris olei fuisse legimus. Imo varius fuit.  
 Sap. XVI. 20.

11. Liquefiebat ad æstum Solis (v. 21.)

12. Noctem non durabat, nisi proximam  
 Sabbatho adventanti, ( v. 20. ) Οὕτω θεῖον ἦν  
 τὸ βρώμα, καὶ παραδόξον, Joseph. v. Meno-  
 schius.

13. Solis Sabbathis non cadebat. (v. 15.)

14. Molebatur, aut etiam contundebatur  
 in mortario. ( Num. XI. 8. )

15. Co-

15. Coquebatur in ollis,

16. Parabantur ex eò מַיִם placentæ. (ibid.)

Isthæc tota MANNÆ singularis illius HISTORIA est.

Sic *similitudo* utriusque Mannæ aliqua fu- 12.  
it; *disimilitudo* varia. De quâ v. *Aben Esr.*  
& ex eò *Schindl.* Adde *Villetum*, *Conimbr. Va-*  
*lesium*, *Lemnum*, *Tirinum*.

*Substantia*, credo, ejusdem speciei fuit: 13.  
*Accidentia* verò nonnulla, miracula. v. *Lemn. de*  
*Herbis Bibl. c. 3. pr.* *Voss. de Idol. III. 11. fin.*

Ceterum *Vox ipsa* in omnes propè Linguas 14.  
manavit, ut solent exoticarum specierum vo-  
cabula. Sic *Græci* Μαῦ & Μαῦ & Μαῦνα di-  
cunt, *Chaldei* מַנָּה *Syri* מַנָּה *Arabes*

المَن Copti MIMANNA & AMNA, men-  
dose, ut puto, *Armeni* ԳՄՆԱՆԱՆ Mananai, &c.

Sed altera illa Manna, vulgaris & Me- 15.

dica, etiam ترنجبین Turunge-  
bin dicitur & corruptè Trügibim, itemq; *Tiriami-*  
*abin* ap. *Garziam ab Orto I. 11.* *Persis* videlicet.  
(*Aben Esra.*) Indeque Coptis ΘΑΡΑΝΓΙΒΙΟΝ.

Scribitur autem & طرنجبین Abul-  
B 3 sed.

گرانکبیر، ترانکبیر. fed. p. 50.

طرا نکبیر Job. VI. 31. q. d. Ros

melleus. Est enim ابروس & انکبیر

mel. Diciturque ros iste Syriacus Αερώμελι & Δεσρόμελι Galeno.

16. Colligitur passim. E. G. in Libano. Propè Zaminum Maurenahræ. Sic *Abulfeda* l. c. Ubî *Joh. Gravius* ad marginem *Citreä mala* reponit. Qui error est, inde natus, quod *Citreä*

ترنج Turung ( at non *Turungebin*) dicuntur,

uti Rabbiniס אחרות *Ethrog*. Colligitur & in *Chinâ*, in vertice mentis *Mungi*, qui in provinciâ *SUCHVEN* cælo vergit, itemque in provinciâ *Huquang*. Dicitur a. Lingvâ Patriâ *PINGLU*, q. d. rorem congelatum. *Martin. Atlas Sin. p. 56. b.*

17. Restat, cujus originis sit hoc nomen. Ægyptiacum non esse, ita, ut Pronomen interrogativum sit, supra ostensum est. Esse tamen non dubito, ita ut *mellis æris* vocabulum sit. Neque placent *vulgata* vocis *Manna etyma*, ut, quod ab aliquibus *muneris donive* significatio ei tribuitur; ab aliis *cibi à Deo preparati*. Quorum illi vocem מנחה

*Mincha,*

*Mincha*, vel, ut quidam legerunt, *Manaa*, quod מנחה *donum* est & oblatio, respiciunt, vel etiam hanc מנה *Mana*, quæ חלק *portionem* significat, proque *dono* itidem aliquando accipitur; hi verbum מנה *Manneh* quod est *preparare*. Et quî alterutrum horum placeat, cum Israëlitæ nondum agnoscerent, quod Dei *Donum* esset, sibi que *preparatum*?

Ⲛⲟ [ ⲙⲣ ] Ⲛⲉ

MOPH. MEMPHIS.

**M**oph urbis Ægyptiæ nomen esse, ex *Hosæ* I. IX. 6. liquet. Sed frequentius מופ נופ dicitur. *Esaia* nempe XIX. 13. *Jer.* II. 16. XLIV. 1. XLVI. 14. 19. *Ez.* XXX. 13. 16.

*Memphin* esse nemo dubitat. Arabes 2,

ميف *Minfe* (*Monf. Kirch. Suppl. p. 609.*)

Coptitæ MEYI. *Scal. Magn. p. 210.* Est autem

مصر القديمة *Antiqua Mesra. Scal. M.*

*l. c. Abulfed. Benj. Tudelens.* ad occidentem Nili sita. *Abulfed:* sub *Climate tertio*, long. LXV. Lat. XXX. *Nassir. Eddin.* vel Long. LXIII. 20. Lat. XXX. 20. *Ulugh. post &*

فسطاط *Fustata* dicta. *Abulfed.* Hodie

B 4 القاهرة

القاهرة *Alcabira. Kirch. l. c. v. Hist. Sarac :*

III. 4. ad ann. 362.

3. *Autor Scale Magnæ* duarum adhuc Urbium meminit, quæ huic nominetenus vicinæ esse videntur. Una ΠΑΝΟΥΡΗΤ & منوب

السفلي dicitur; altera ΠΑΝΟΥΡΗΤ

& منوب العليا p. 207. Illam e-

nim Kircherus Memphin Inferiorem vocat; hanc Superiorem. Sed in textu istæ Urbes non *Memphes* dicuntur, sed *Menube*.

4. *Abenephius*, quem Kircherus toties laudat, tradit Memphin Copticè منفتا *Mon-*

*phtha* dici, hoc est, *aquam DEI*. *Oedip. T. I. p. 27.* *Gelaldinus* verò, quem idem ibidem &

p. 75. citat مافه *Mafa* eâdem linguâ appellatam esse testatur. Additque hoc esse

ثلاثون *triginta*. Quod *etymon* verosimilius. *Mafa* enim & ΜΕΥΙ viciniora invicem sunt quàm *Monphtha* & ΜΕΥΙ. ΜΑΠ etiam *triginta* Copticè significat.

משה

מֹשֶׁה [ מֹשֶׁה ] מֹשֶׁה

## MOSE. MOSES.

**M**osis Nomen *Hebraicum* esse, Sacer co- 1.  
dex asserere videtur. Tradit enim Pha-  
raoniam filiam trimestrem jam puellum, sed  
exposititium, undisque & providentiæ com-  
missum, ad se recepisse, eique Mosis nomen  
fecisse, dicentem: כִּי מִשִּׁיתִּיהוּ מִן הַמַּיִם :  
*Siquidem ex aquis eum extraxi.*

Itaque id nominis *circumcisionale*, uti qui- 2.  
dem *Galesinus* arbitratus est, non fuit. Neq;  
en. de *eventu* hoc, quod tertio mense post in-  
fans ex aquis salvandus esset, hominibus, cum  
octavo die circumcideretur, constare potuit.

Quo verò nomine die illò lustricò insigni- 3.  
tus sit, in abyssò antiquitatis reconditum est.  
*Jojakimum* (a) vocatum volunt nonnulli. Alij  
*Palthielem* (b) alij *Melchin*, (c) vel etiam *Mel-*  
*chielem*. (d) aut *Jamblichum* (e) Veteres ve-  
rò Hebræi tradunt: *Decem fuisse Mosis nomina.*

(a) *Druſ.* (b) *Isa bar Ali* (c) *Clem. Alex.* (d) *Philo.*

(e) יִמְלוֹךְ Ita legend. ap. *Isam bar Ali* pro  
יִמְכִיל qui quasi ex *Paralipom.* hoc ipsum  
adducit. Hæc puta :

חֲבֵר *Chaber*, Patris Amrami autoritate ipsi  
datum,

יְקוּתִיאל *Jekuthiel*, matris,

B 5

יִקְרָא

יתר *Jether*, sororis.

אבי זנוח *Abi Zanuach*, fratris,

אבי סוכו *Abi Socho*, Kahati,

שמעיה *Schemaja*, Israëlis,

בן נתנאל *filium Nathanaëlis*, טוביה *Tobia*,

סיפר *Scriba*.

Ista recenset *Autor Vajkra Rabba* S. I. & exinde R. *Gedalja Schalscheh*. p. 11. b. Sed addunt, sub illis omnibus מדרש *sensum* quendam *allegoricum* latere. Hunc deducit *Hieron.* Q. q. *Hebr. in Paral. T. IV. p. 115.*

4. Insuper *Aben Esra* tradit, *Mosen* ab *Ægyptiis* מוניוס *Monios* vocatum esse. Sic ille ad *Exod. II.* Testatur autem, in libro עבדה הארמה *Agricultura* ita legi. Qui liber מלשון קדרים *ex lingua Ægyptiacâ* in *Kedarenam* translatus sit. Est autem *Kedarena* lingua *Arabica*, non *Æthiopica*, uti *Kircherus* *Oed. Æg. T. I.* vertit, nec *Armenica*. *vid. Vorst. ad Pirke Abos. p. 246.* Addit *Aben Esra*, se idem, quod dixi, in libris חכמי יון *Philosophorû Græcia* legisse. An verò ibi מוניוס *Monios* vel aliter lectum sit, non liquet. apud *Gedaljam* sanè non מוניוס *MONIOS*, sed חוניוס *CHONIOS* legitur l. c. Corruptam esse vocem *Kircherus* non frustra conjicit. *Prodr. Copt. 137.* Forte *MNEVIS* est. Sic alter *Ægyptiorum Tavorum*, quem *Heliopolitani*
- iq

in DIIs habuerunt, dictus fuit. *Taurorum* tamen nomine DUCES intelligendi sunt. Namque & *Tauri* & *Duces* אַלְוִפִּים Hebræis dicuntur. Hinc Fabula de Tauris. Horum Alter, *Memphiticus* videlicet, APIS dicebatur. Fallor, an *Josephus* APIS, *Mose* sverò MNEVIS est? Uterque famigeratissimus Hebræorum in *Ægypto* Dux fuit; Ille eò gentem suam deduxit; hic exinde reduxit.

Vel dicamus voces מוֹנִיִּים & Μω-ϋῆς 5. ejusdem originis esse.

Idem *Moses* *Ægyptiacè* θιότης dicebatur, 6. autore *Phritiphanta* apud *Manethon*. quem *Josephus* citat *Contr. App.* I. p. 1057. b. 1058. b.

Itemque *Osarsiph*. Quasi ab *Osiride*, *heliopolitano* numine. Teste *Manethon* ap. *Josephum* l. c. & p. 1045. a. 1055. c. tùm & p. 157. b. 158. b. v. *Glossarium Profan. voc. Arsaph & Osarsiph.* 7.

Redeo ad *Pharaoniam* filiam, quam *Josephus* βασιλίσσῃ vocat, *Antiqu.* II. 5. βασιλίδα *Clem. Alex.* Vocatur & *Thermutis* propriò nomine ap. *Joseph* l. c. & *Meris* ab *Artapanò*, apud *Euseb.* בִּתְיָה *Bithja* in *Capitulis Patrum* c. 48. *Schalschal. Hakkab.* p. II. b. (v. I. Par. IV. 18.) 8.

سِهون *Sihun* ap. *Eutych. Alexandr. T. I.* p. 25.

La





9. Ea verò cum *Ægyptia* esset, regnique hæres, *Ægyptiacè* proculdubio locuta est, non *Hebraicè*. Neque tanti mancipiorum linguam fecisse, credibile est, quod tamen *Aben Esra* conjicit.
10. Neque ijs assentior, qui propter *traditam à Mose ipso nominis ejus Etymologiam Hebraicam*, nomen ipsum *nonnisi Hebraicum* esse contendunt. Sacri enim Scriptores peregrina vocabula suis, quod sæpè monui, sæpè *accommodant*, nominumque etyma non in *literis & syllabis* quærunt, sed in *sensu & veritate rei*.
11. Deinde vox ista מֹשֶׁה *Mose* non *Extractū* aquis significaret *sed qui extraxisset*. *Extractū* verò מַשִּׁי *Masui* diceres. Sicuti & Rabbini de hoc ipso *Mose* loquuntur: מֹשֶׁה בְּאֵימֵן מֹשֶׁה מִמַּיִם *Tractus est Redemptor (Moses) extractusque ex aquis*.
12. Neque *Aben Esra* commentum placet, conjectantis, *mosen*, *Ægyptiaci nominis sui* sententiam *Hebraicè reddidisse*, adeoque *hujus*, non *illius Etymon* tradidisse.
13. Quin firmiter statuo, istud *mosis* nomen *verè Ægyptium* esse.
14. Illud verò idipsum *Ægyptiacè* significabat, quod *Hebraicè* sonare dicitur. SERVATUM Scil. EX AQUIS. Ita *Joseph. Antiq. II. 9. Philo de Vit. Mosis, Clem. Alex. Strom. I. Autor*
- Scale

*Scale Magna* p. 222. f. *Isa bar Ali ap. Hotting. Hist. Orient.* p. 52.

Indeque apud *Eusebium Prepar.* XIII. 1. 15, ὕδογενῆς (ita en. *Jos. Scaliger* legendum censet, non ὑλογενῆς) dicitur.

Vocem compositam esse omnes, qui nobiscū 16. sentiunt, agnoscunt. Pars prima AQUAM significat, hodiè ΜΩΟ8 scribitur, *Philoni Mōs, Mō Josepho, Mōū Clementi Alexandrino & Josepho c. App. I. p. 1056. g.* Inde Μωσλη, *Neptunus.* Affine est Hebraico מַיַם *Maym* & multo magis Chaldaico מוֹיַם *Moj*, quod *Jonathan* h. l. usurpavit. Altera nominis pars SERVATUM notat. Hoc voci ὕσῆς *Josephus* tribuit & *Kircherus Prodr. Copt. p. 138. & Oedip. T. II. P. II. p. 122.* Sed est quare dubitem. Primum vix invenias illud ὕσῆς inter Linguae Ægyptiæ reliquias; Imò vix Ægyptium fuit. Nam norunt hodiernum SERVATOS aliis vocibus designare. Deinde nec in Pentateucho Copticâ, cujus particulam, huc quidem spectantem, *Kircherus* locis citatis adducit, vestigia hujus dictionis reperiuntur.

Putem a. Mosen Ægyptiacè ΜωΟ8ω† 17. dictum fuisse. Idque planè significat SERVATUM EX AQUIS. ω† enim est

ω†

כּוּסַוּ *evasio, salus.* Jamque Ω & Η

in Linguâ Ægyptiacâ alternant. E. G. Clω† dicitur, dicitur & Cηθ apud *Vettium*. Litera † finalis quoque in S transit, quando vox ad Græcos transit. E. G. Αμβης ex Μ'ΟΡΗ†,

veluti *Chaliphas* ex حَلِيفَة *Chalifat.* Et

in η E. G. פּרעה *Pharao* ex Φαργώθης.

18. Aliter adhuc *Claud. Salmastius*. Vult n. *Mosen* Ægyptiacè Μωσσι dictum esse, h. e. αιανληφθεντα εξ υδατων *Captum* ex aquâ. Si quidem Μωσ aquam significet; ΣΙ verò finale *Passivum* designet. *Ann. Climat.* p. 614. Sed verisimilior est, puto, superius allata originationo.

19. Interea non dubito, quin & ad *vocationem* *Mosis* à *Spiritu Sancto* allusum sit, adeoque iste quasi *Eductor* ex aquis dictus. v. 2. *Sam.* XXII. 17. *Pf.* LXIII. 25.

ⲛⲟⲩ ⲛⲟⲩ [ ⲛⲟⲩ ] ⲛⲟⲩ  
NO. DIOSPOLIS.

1. **E**zechiel, Ægypti captivitatem Assyriacâ nunciens, OCTO URBIUM nominetenus meminit cap. XXX. 13. & seqv.
2. Suntque אָוֶן AVEN, כּוּסַוּ NO, כּוּפּוּ NOPH,

סין SIN, פִּבְסֵת PIBESET, פֶּתְרוֹס PATHROS, זֵאן ZOAN, תַּח־פַּנְהֵס TACH-PANHES.

De ijs itaque hic unà agam.

AVEN autem proculdubio ONION *Pro-* 3.  
*lemai* est. Ægyptiis ωN dicta fuit. Sed Hebræis אֵבֶן AVEN, hoc est, *dolor & iniquitas*. Solebant enī. Idololatrica numinum rerumque aliarum nomina in deteriorem sensum flectere, ne Deastros gentium celere viderentur. *v. Ex. XXXIII. 13. & Seld. de Dis Syris Synt. II. p. 211.*

Attamen & אֵבֶן ON nonnunquam dicitur 4.  
in textu sacro, videlicet Gen. XLI. 45. 50. XLVI. 20.

Erat autem illa ipsa Civitas, quam Arabes 5.

عين (عين) *Ainalsemsam*, hoc est, *Solis sive fontem, sive oculum* appellant. Fons n. & oculus Hebraicè, Arabicè, Persicè eodem vocabulò designantur. LXX. ἡλιόπολις, Athanasius ἡλιον, Hebræi בית שמש *Bethsemes*, Jer. XLIII. 13. & עיר חרס *Ircheres*, Es. XIX. 18. Quæ omnia *Solis civitatem* significant; à *Solis autem cultu Urbem* sic dictam esse arguunt.

Ceterum *Esaia* loco dicto עיר חרס *Irheres* 6.  
in textu legitur; in margine עיר חרס *Irche-*

res. Illud civitatem dirutam; hoc Solis urbem denotat. Cheres autem & aliàs Solem notat. Job. IX. 7. conf. Jer. XIX. 2. Hebraicè, an Ægyptiacè dubium fuit. Hebrai etiam Solem aliàs  $\text{שׁוֹשׁ}$  *femes* &  $\text{חַמָּה}$  *Chamma* vocant. Ægyptij  $\text{ΠΙΡΗ}$  &  $\text{ΦΡΗ}$ .

7. Sed his olim Sol *Horus* quoque dictus fuisse videtur. Namque  $\omega\rho\varsigma$  *ἐνιαιυῖος* est, secundum *Diod. Sic. I. Plutarch. Symp. V. 4. Hesych. χερῶν* secundum *Erotianum*.
8. Indeq̄ue non tam *Hori* vocabulum ad vocem Hebraicam  $\text{חַר$  *Or* referendam putem quàm vocem *CHERES* ad Ægyptiacum *HORUS*.
9. In versione *Ptolem.* pro  $\text{עיר החרס}$  *Ir Hacheres*  $\text{Ἀχερῆς}$  legitur. Quod an unquam vulgare Urbis nomen fuerit, non liquet. In aliquib. Editionibus  $\text{Ἀσεδῆκ}$  legitur. Corruptè, uti *Schindler.* judicat. Inveni tamen hoc ipsum  $\text{ACEΔEK}$  in Glossario Copto, ubi exponitur  $\text{ΘBAKI M ΠΙΡΗ}$ , *Civitas Solis*.
10. Sed hæc facile ex *Eratosthene* dijudicantur. Is n. ubi Thebaicorum Regum nomina ex Ægyptiacâ in Græcâ Linguâ transfundit, disertè  $\text{ἡλιόδωρον}$  vocat, qui domi *Μοιχέρης* dicebatur, hoc est *Solis donum*. Itaque  $\text{XEPHC}$  *Sol est*, uti *Moi Donum*.
- II. Sequitur  $\text{NOPH}$ , quæ *Memphis* est, uti suprà.

SIN,

SIN verò, Hieronymò autore, Pelusium est. De 12.  
Pelusio Strabonem vide in XVI. & XVII.

Hieronymum defendit Bochartus Phalegi 13.  
IV. 27. Et his quidem rationibus.

1. Pelusium δὲ τὸ Ἰθ πηλῶν à luto nomen  
habet, Strabone autore in XVII.

יט Sin verò Syris idem est, quod πηλὸς  
lutum. Psalm. XVIII. 43. conf: Targ. 2. Sam.  
XXII. 43.

2. Sin erat סין הים robur Ægypti.  
Ez. XXX. 15. Pelusium κλεις τῆς Αἰγύπτου,  
ἢ εἰσόδα ἢ ἐξόδα. Sic n. Suida verba ha-  
bent. Allegat insuper in eandem sententiam  
Strabonem, Diodorum Siculum, Polyanum.

3. Illas verò rationes, etiam suas facit Jac. 14.  
Golius ad Alfrag. p. 146. Eoque plausibilio-  
res, quòd Arabes quoque Pelusium **اياب**

Tinam vocasse, hoc est, Lutosam, observavit.

Probabilia satis argumenta. Neque Scri- 15.  
torib. insolens est, alius gentis Nomina Propria,  
de quorum quidem significatione appellativâ  
liquido constet, in suam transfundere Lin-  
guam.

Talia sunt:

Γέλως, Isaac. Alex. Polyhist. ap. Euseb.

ἔρυθραι, Edom.

πόλις γεσσημάτων, Kirjat Sepher. LXX.

C

σιε-

σάξιϛⓄ, Bofor. *Ephrem. ap. Phot. Cod. 229.*

ωορφύειⓄ, Malchus. v. Suid.

Plato vero in *Critiâ* difertè tradit: Solonem & observâsse, quod Ægyptij Scriptores exterrorum *propria*, quæ vocant, *Nomina* in suam transfundissent linguam, & Ægyptia Nomina, perspectô significatu eorum, Græcis mutâsse vocabulis. Hugo etiam Grotius ad Gen. XI. 1. in eam descendit sententiam, quasi Moses Adami, Evæ, aliorumque Nomina Hebræorum causâ Hebraicè expressisset in cò significatu, quem in primavâ linguâ (cujus reliquæ per omnes nunc linguas sparſæ sint) habuissent. Quam conjecturam operosè examinare, nunc quidem non datur. *Pelusium* n. redeundum est. Quæ vulgo eodem cum *Damiata* loco habetur. Sed perperam. namque *Damiata* ad *Taniticum ostium* sita est; *Pelusium* ad *Pelusiacum*. Multo v. minùs Stephani *ταμιάθις* est, quæ inferioris Thebaidis urbs est.

16. Subjicio quæstionem non ignobilem:

An & סיני *Sinai*, qui *Esaia XLIX. 12.* memorantur & unâ cum *Septentrionalibus* & *Transmarinis* populis Populo Jehovæ amici futuri erant, Cives hujus urbis fuerint?

Nonnulli de *Sentibus* appellativè סינים *sinim* dictis vocem capiunt. De *Gente* verò *Aquila*, *Symmachus*, *Theodotion*, *Syrus*, *Arabs*,  
Per-

*Persas Graeci intelligunt. Montis Sinae accolas Hieronymus.* פתח מצרים *Aegypti partem* *Aben Esra.* בלפון *Saadias* apud *Kimchiam*, hoc est, פלוסון *Pelusium*, *Boch. Sinas*, quos hodiè *Chinenses* vocant, *Osorius*, à *Lapide.* *Sinaeos* alii, gentem *Cananaeam*, cujus *Moses* meminit *Gen. X. 17.* & *Joseph. I. 7.* Ita *Dav. Kimchi*, *Spizel. dere liter. Sin. p. 6. Gol. ad Alfrag. p. 146.* *Pelusiotas* *Bochartus* l. c. Idemque hoc modo sententiam suam probatum it. Observaverant *Hebraei & Hieron.* Prophetam quatuor mundi plagas l. c. subindicare; Et *Orientem* quidem voce טרחוק à longinquò ( siquidem *Palæstina* ad occasum magis vergat. Ita *Kimchi & Aben Esra.* ) *Aquilonem* voce צפון *Septentrionis.* (*Babelem* *Aben Esra* ) *Occasum* voce ים *Maris* (*Assyriam*, *Aben Esra* ) *Terram Australem* voce ארץ סינים *terra Sineorum.* Ita *Targum, Raschi, Dav. Kimchi, & quem ante nominavi, Hieron.* Ego verò arbitror non ineptè textum de *Sinis* vel *Chinensibus* capi. Primum enim *Propheta* de regione quâdam loquitur, non de *Urbe.* Adeoque nec de *Pelusiotis.* *Sinaei* verò *Cananaeorum* pridem deleti erant. *Persas* unquam *Sinaeos* dictos à nemine proditum est. *Sinae montis accolas* *Hierosolyma* sæpè viderant. Deinde *Sinarum* nomen valdè alludit



vocabulo Prophetæ. Dices: Sinas tùm ignotos prorsus fuisse. Non concedo. Nec n. sequitur, gentem hanc vel illam olim ignotam fuisse, quia mentio ejus inter Europæos nunc non extet. Sunt qui *Sinas* à *Cino*, Sinarum Imperatore quòdam, qui *Cinam* familiam instituit, & circà annum ante Christi nativitatem 254. Quingentesimum verò post *Esaïæ* tempora imperio functus est, dictos esse. Sed credibile non est, à subsequentiū Dynastiā Regibus adeò constanter receptum, usurpatumq; esse uni familiæ nomē, ex quā non nisi quatuor Imperatores, iiq; per annos duntaxat XL. diesque 46. Imperio præfuerunt. Maximè, cum subinde terræ nomen à Regibus mutatum sit. Itaque *Sinarum* nomen in antiquiorib. habeo. Notandum quoque est, quòd regio hæc ab ipsis *SINIS* *Chum, chun, chung, cung, chium, cium, xun* & *Xin* (quæ omnia unius characteris, hujus scilicet  $\text{ㄣ}$  diversi tantùm soni sunt,) appellatur, indeque varias ab exteris appellationes acceperit. Dicitur enim:

*Civay*, Marciano Periegetæ. *Ptol. Geogr. VII. 3. vid. VI. 9.*

*Θίβαι*, v. *Scal. ad Euseb. p. 327.* Sicque *Ptolom.* l. c. ipsam regionis metropolin vocat, eique longitudinis gradus 180. tribuit, Latitudinis v. Australistres. De quò aliàs.

*NTZIN. Chrysococca.*

זין ZIN, Hebræis, *Tudel. p. 110.*

ܙܝܢܘܫܬܐ ZINOSTAN, *Syris.*

الصين E-SSIN, *Arabibus.*

چین TSCHIN, *Persis Turcisque.*

ՏԻՆ SCIN, *Armenis.*

SIM Haythono Armeno.

CHINA, *Lusitanis.* Sed ita, ut *Germanicè Tschina* legatur.

SINGTEL, *Job. Consalv. Mendoz. de Rel. Christ. I. 6.*

Hos verò Sonos facilè inter se ac cum Hebr.




סין SIN conciliabit, quisquis aliàs observavit, quantoperè earundem literarum pronuntiationes diversis seculis, & ap. diversas nationes variant;

Dices etiam: SINAS *Hierosolyma non venisse.* Sed quis asseveret? Sed nec ideò non promisit hoc Deus fore, quia fortè non factum est.


PIBESET, BUBASTUS est. Sed sacri *17.* Scriptores vocè exteram *Hebraismo aptarunt.* Atque tum *Os Ignominia significat;* Ægyptiacè verò *Felis Urbem.*

PATHROS; *Bocharto non Urbis, sed Regionis nomen est, & Thebaidis quidem. Ph. IV. 27.* At *Kirchero Busris. Oed. T. I. p. 23.*

Quod & certius. Loquitur n. *Propheta* de vicinis urbibus Deltoti, terræque Gosen, quæ excefferant Patres ejus.

19. ZOAN, sono COXAN propius accedit, quæ Arabibus  Græcis *κουήν* dicitur. Sed hæc alia urbs est. Namque illa  Zoan; Hæc  Sweneh dicitur *Ezech. XXIX.*

10. Est autem ZOAN Tanis, quæ hodiè ΘΕΝΕCΠΗ, & Arabicè Tinnis dicitur. Urbs sc. antiquissima. Nam septennio tantùm junior erat Hebrone. *Num. XIII. 23.* Hebrone vero etiam Abraham vixerat. *Gen. XIII. 18. XXIII. 2. conf. Ps. LXXVIII. 12.* Ubi *Miraculorum* mentio fit, quæ sub Exodum Israëlitarum in Campo Tanais quoque Deus fecerat.

Est & alia, urbs Ægypti quæ TANI Cop-tis dicitur & Arabibus  Tane.

20. TACHPANHES, quorundam sententiâ Tampnis est, de qua *Wilhelmus Tyrinus.* An *Daphna Pelusia*, de quibus *Herodotus II. 30.* vel *Thmuis* Ptolemæi sub nomo Mendefio?

Restat NO. Hæc vel *Alexandria* erat, uti *Hebrai*, *Hieron. Druf.* volunt; vel *Diospolis*, ut *LXX.* *Diospolis* verò non una fuit, Alia n. propè *Mendetem* erat. Altera *Thebe* antea dicta fuit. *Strabo XVII.* Ne *Lyddam* dicam,

cam, quæ Coptis itidem †ΟCΠΟΑΙS dicitur. Hic verò prima illa intelligenda est, ex eò, quod mox dixi, VICINITATIS principio.

Et ut vicinitatem istam tantò rectius capiant, qui sacræ Geographiæ amantes sunt, Ptolemaicam & Arabicam Longitudinum, Latitudinumque descriptionem hîc quidem subijcio.

	Arab.		Ptol.	
	Long.	Lat.	Long.	Lat.
ON, Heliopoli.	53.30	30.20	62.30	29.50
NO, Diospol. Mend.			61.50	16.40
NOPH, Memphis.	53.20	30.20	61.30	29.30
SIN, Pelusium.			63.20	31.14
Damiata secundum.				
Nassiroddinū.	65.0.	31.30		
Ulugbeigum.	63.30	31.25		
PIBESET, Bubastus	53.20	30.40	63.5	30.40
PATROS, Busiris.	52.54	30.20	62.30	30.15
ZOAN, Tanis.	52.54	30.50	62.30	30.30
TACHPANHES.				
Thmuis.			62.20	305.0

Observandum verò hîc est, quosdam Geographorù Longitudinum calculum ab *Insulis Fortunatis* incipere, alios à litore *maris Atlantici*, indeque esse, quod Ptolemaicæ longitudes ab Arabicis decem gradibus differant. Vid. Ptol. Geogr. IV. 5. Kircheri Oedip. T. I. p. 45. f.

Ⲅ [ נִסָּן ] Ⲅ

NISAN. KALENDÆ ANNUÆ.

1. NISAN extrâ controversiam TEMPORIS NOTATIONEM habet. Dicitur autem *Mensis*, *Nehem.* II. 1. *Fr. Esth.* VII. 1. & *primus quidem mensis*, *Esth.* III. 7. 3. *Esr.* V. 6.
2. *Dierum ejus nonnisi primi Scriptura meminit*, idque *Fr. Esth.* I. 6. Sed *primi mensis dies* plures memorantur.
3. *Primus Gen.* VIII. 13. *Ex.* XL. 2. 17. *Ex.* XXVI. 1. *decimus. Jos.* XIV. 9. *decimustertius Esth.* III. 12. *decimus quartus Lev.* XXIII. 5. *decimus quintus v. 6. vicesimus quartus. Dan.* X. 5.
4. Indequè vulgò colligitur, quòd NISAN et ABIB unns idemque mensis sit.
5. Sed *appellationis ratio diversa est. Ægyptij en. menses tricenarij erant*, teste *Diod. Sic.* Perinde, ut *Hebræi triginta dies pro mense ponunt. Esth.* IV. 11. *Dan.* VI. 7. 12. *Jud.* III. 12. *conf. 2. Macc.* XI. 30.
6. Sed addebant Ægyptij duodecies triginta hoc est, trecentis sexaginta diebus quinque Residuos. Ita *Diod. Sic. Geminus*, & sexcenti alij.
7. Isti Græcè ἡμερολογούμενα (ἡμέρας) dicebāte. Inde-  
q; Copticè

q; Copticè **ابوعمنا** *Abugumna*, & *Æthio-*  
*picè* **ጸጉማ** *Pagomen*.

Cumque & alij populi istâ anni æquabilis 8.  
 ratione uterentur, *Adscititios* illos dies suis  
 quoque vocabulis designarunt. Ita *Arabibus*

**الدواحق** *Levahica*, appendices dicti

sunt, itemque **الزائدة** *Zaida*, *Accessorij*,

& **المسترقه** *Musterake*, *Furtivi*, *rapti-*

vè. *Persis* **اندرجاهات** *Andergsahat*,

quasi dicas *interposita tempora*, *Græcis* *recen-*  
*tiorib.* **πλοκιμαῖοι**, *Straboni* **ἐπιπέχοντα**  
**μόρμα**, *Armenis* *Musteraka*, voce *Arabica*.

Meminit horum dierum *IbneCebat* quidam, 9.  
 autor *Nomenclatoris Coptici*, quem *Athanasius*  
*Kircherus* anno Domini cō Iōc XLIII. *Romæ*  
 edidit, & ex quò particulam huc spectan-  
 tem anno cō Iōc XXXVI. *in app. Prod. Copt.*  
*p. 329.* adduxerat. Quoniam verò nec *verba* au-  
 toris satis congruè, nec *mentem* ad eò exactè  
 expresit, utrumque *textum*, *Copticum* & *Ara-*  
*bicum*, atque unà *Kircheri Versiones Latinas* ex  
 utrâque editione huc apponam, *sensumque*  
*Lexicographi* investigabo.

FRAGMENTEN  
EX NOMENCLATORE COPTICO, uti

in ipso Nomēcl.	in Prodr.	in Nomencl.
πΙΑΒΟΤ ΜΜΕΝΙΑΒΟ		الشهور
ΓΗΠΤΙΟC (Τ	ΜΜΕΤΓ&ΠΤΙ- ΟC ΙΒ.	القبطية
Sequuntur	nomina	duodecim
πΙΕΝ ΤΕΠΙ-	ΠΕ ΝΤΕΠΙ-	
ΤΕ&ΤΕΡΟΝ	ΤΕ&ΤΕΡΟΝ	خمسة
πεζοϛ	ΠΕΖΟϛ	يوم الكبيس
ΟΝΤΕΠΙCICKNΤΕΠΙΘCICKA		في كل اربع
Δ ΝΡΟΠΙ	Δ ΗΡΟΜΠΙ	سنتين
ΤΑΡΧΗ	ΤΑΡΧΗΗ	يون
Ν ΡΟΜΠΙ	†ΡΟΜΠΙ	السنة الناروز
†ϛΟ&ΙΤ		
†ΤΕΡΟΜΠΙ Ν ΤΕ†ΡΟΜΠΙ		وهي لفظة فارسية

TUM.

id ab Athanasio Kirchero editum est.

<i>in Prodr.</i>	<i>in Nomencl.</i>	<i>in Prodr.</i>
- - - -	Menses	Menses
- - - -	Coptitarum	Coptici duodecim
mensium.	Quinque dies Nisi hoc est, ἐπαγωγόμεναι intercalaris singulis qua- tuor annis annis	Quorum de- cimus tertius Nisi, qui con- furgit ex quinque die- rum interca- latione, sin- gulis quatuor annis facta.
حامس النسي يوم الكيس	initium.	
- - - -	anni	
- - - -	Neuruz,	
بندو النوروز	& hæc est	
- - - -	dictio Persica	
- - - -		
- - - -		

Atque





Atque hîc & *Typographi Romani*, & *Edito-  
ris*, & *Autoris* errata facilè deprehendimus,  
qui linguas illas callemus. Non prodest re-  
censio eorum, dummodò, quid autor velit,  
norimus, & in quò erraverit.

*Arabica* itaq; quibus ille *Coptica* expres-  
sit, sic reddo: *Menses Coptici* - - - - *Quinque*.  
*dies. Embolimai. in. quovis. quadriennio. Ini-*  
*tium. anni. Naruz. Eaque vox Persica est. Sen-*  
*sus est: Mensibus duodecim, sive diebus 360.*  
*quinque dies adjici. Hactenus rectè. Quod*  
*autem quibusvis quadriennijs (hoc est, quar-*  
*to cuivis anno Quintanum hunc mensem adje-*  
*ctum scribit, planè falsum est. v. Kirch. Prodr.*  
*p. 142. pr. Nam quovis annò hoc fieri solit-*  
*um est à tot sæculis. Quis credat hoc autori*  
*Coptitæ ignotum fuisse? Omnino statuo,*  
*textum Arabicum corruptum fuisse in illo ex-*  
*emplari, quò Kircherus usus est. Neque is*  
*Coptico respondet. Ejus enim hæc est senten-*  
*tia, quod quartò quoq; annò dies unus quinque*  
*illis embolimais adjiciatur, quodq; sextus ille di-*  
*es non minus ac Primus anni sequentis celebris*  
*habeatur. Atq; ita est.*

Jamque nulli non genti primus anni dies  
festus est. *Kalendas Romani* dixerunt. Hinc  
& inter Christianorum festa referuntur, sub no-  
mine קלנדרא *Kalanda. Talm. Misn. W seu de*  
*Idolololria c. I. ubi tamè Pagana & Christiana*  
*Romanorù festa cõfunduntur, Ulugbeigus itè*  
Epoch.

Epoch. c. 7. tradit Syrogræcos primo die Canonis posterioris sive Januarij festū celebrare, quod

قلنداش Kalkandas dicatur. Hæ

Kalenda sunt. Hebræi חַשְׁמֹנִית Caput anni vocant. Persis vero primus anni dies

ذوروز Neuruz dicitur, veluti Ibn Cebar & ipse observavit. Neuruz novum Diem significat, seu *Neuruz-e-Jar*. Estque secundum Nima-

matalla autorem اول کونی ماه

اول کونی ماه prima dies mensis Ferwar-

dini. Sed feriantur sex integros sub hoc nomine dies. Primum tamen & sextum maxime,

Ulugb. p. 103. Scal. Em. T. III. 196. pr. Jac. Gol. ad Alfrag. p. 21. f. Sed præterea aliud

Novi anni festum celebrant, quod itidem Neuruz vocant. Sub æquinoctium scil. vernali,

de quo Laet. descript. Pers. p. 157. Olear. Itin. Pers.

Fallor, an Ægyptij quoque Kalendas annorum II, sivas eadem ratione NISAN appellaverunt?

Vicina est huic voci vox NISI, quam in Ægyptijs plerique habent. Arabes

النسي

NESI scribunt leguntque.

NISI

12. NISI autem Hieroglyphicum, quem vocabant, serpentem significabat. Is in orbem sese convolvebat, caudamque mordebat. Denotabat autem ANNUM in sese redeuntem, ibique denuo incipientem, ubi prior desinit. Ita Scal. Em. Temp. III. & alii ipsum secuti.

Sed error hic est, facile agnoscendus. *Horus* enim, quem *Scaliger* sequebatur, serpentis quidem Hieroglyphici meminit. Sed  $\mu\epsilon\sigma\iota$  vocatum scribit. Cumque *Arabes*, qui de Epochâ Coptitarum scripserunt, Epagomenas NESI appellarent, *Scaliger* apud Horum  $\text{N}\epsilon\sigma\iota$ , non  $\text{M}\epsilon\sigma\iota$  legendum putavit. Sic & *Kircherus Prodr. p. 142.* Et ipse ego aliquando putavi Copticum  $\text{N}\epsilon\sigma\iota$  & Hebraicum  $\text{שׁנָה}$  ejusdem originis esse, veluti  $\text{נֶאֱל}$  &  $\text{לְנָה}$  ab eâdem matre descendunt. Sed non invenio, quod *Ægyptij* Epagomenas alicubi NISI vocaverint. Recentioribus sane  $\text{ΠΙΤΕ}\&\text{ΤΕ-ΠΟΝ}$  dicitur. Arabicum vero 'L NESI, quod *Kircherus* in *Prodr.* locis cit. quasi ex Nomenclatore adducit, hypobolimæum est, uti textus ipse testis est. Deinde *serpens* *Ægyptiace* MICI dicitur, Nomenclatore teste. Namque  $\text{ΠΙΜΙCΙ}$  voce  $\text{الحية}$  Chayat, quæ serpentem significat, explicat. Attamen *Salmasius* *Jacobo Golio*, quod ipse testatur, demonstra-

vit, quod NICI Ægyptiacè dies SUMPTOS si-  
ve ASSUMPTICIOS sonaret. Credo Salma-  
sium omnino sic statuisse. namque in *de an-  
nis Climactericis p. 614.* aliquot exemplis pro-  
bat, Syllabam CI Thematibus *præfixam Activi*;  
suffixam *Passivi* significationem inducere. et  
id in confesso quidem est. Sed an altera Syl-  
laba NI *sumendi* verbo æquipolleat, non liquet.  
Hoc vero liquet, quod CI *etiã sumendi* signifi-  
catum habeat. Ipse Golius dictæ conjectu-  
ræ amplius non subscribit, quàm si *consta-  
ret vocem NISI inter Ægyptios illò usu obti-  
nuisse, antequam Arabica lingua ibi, in Ægy-  
pto puta, vernacula evasit. ad Alfrag. p. 44. fin.*

Quod si tamen Ægyptiæ originis est voca-  
bulum istud NISI, neque Hebraismo donatum  
Nisan ablutit, Kalendas anniversariasita ap-  
pellatas esse putem. 13.

N8c enim Ægyptiacè idem est quod NÉ  
Novus, Philippo teste, Hori Apoll. interprete

L. 21. Pers. Neu, Turcic. Geni. Copt. GENH.

De Terminationibus nõ adeo laborandú est cir-  
cà voces peregrinas, & olim deperditas. Vel  
etiam N8C 5 AN ab Ægyptijs dictæ sunt Ka-  
lenda annorum, hoc est novú Tempus. Nam-  
que 5 AN Temporis vocabulú est. O8C 5 AN  
autem & נִשְׁחָן Nischan (ita Veteres legere  
solebant.) Valdè vicina sunt Vocabula.

Di-

14. Dices, nisan *mensē* dici, nō *diē*. Atqui vix aliquis eruditorū est, qui nesciat *caput temporis pro toto illius temporis intervallo* nonnūquā poni. Ita namque **שָׁנָה** *Chodesch* propriè *Kalendas menstruas*, sive *novilunium* significat. Si usum spectes, *integrum mensē*. Turcæ quoq; ipsum annū *Neuruz* vocant, tot *Neuruzos* quemque natum dicentes, *quot annos vixit*. Simili tropo septimana *Sabbatum*, & septennium *Smitta* Hebræis dicitur.
15. Vel videntur Hebrai circā Exodi tempora *quinque Epagomenas*, adeoque *annum in tantum solarem* recepisse; *Epagomenas* vero *NISAN* appellasse. Quinque scil. dies, intrā quos *Agnus Paschalis* segregandus & mastrandus erat. v. *Exod. XII. 3. 6.* Constitutā verò accuratius anni forma primus mensis & *ABIB* & *NISAN* appellatus est, ut item videtur.

סָהַר [ סָהַר ] סָהַר

SOHAR. CARCER.

1. Ita *Genes. XXXIX. 20.* vox hæc & legitur & explicatur. Ideoque & inter *Ægyptiacas* refertur ab *Aben Esra Comm. in h. l.*
2. Est autem illa ipsa dictio *CoP*, quæ hodiernū *Coptis Cistam* & *loculum* significare scribitur.
3. Atque ista significatio, ab eâ, quam *D. Moses* tradit, parum abest.

פָּרַעַה

𐤀𐤍 [פרעה] 𐤀𐤍

PHARAO. *Commune olim REGUM quorundam Ægypt. nomen.*

**M**ultos olim Regū Principumq; *communi* <sup>1.</sup>  
*bus* per longam Dynastiarum seriem nuncupatos esse *Nominibus*, in confesso est.  
*v. Isidorus Etyim. IX. 3. Servius ad Virgil. Murrhanum hic atavos. Alex. ab Al. Genial. D. I. 2. Vives ad Aug. de Civ. DEI, XVI. 43. Lindenbrog: ad P. Diac. III. 16. &c.*

Placet afferre, quas in hanc rem quon- <sup>2.</sup>  
 dam congesſi,

COMMUNES nonnullorum Dynastarum,  
 sive Regum Ducumque in suâ singulorum  
 gente per aliquot ætates APPELLATIONES.

Appellati itaque sunt Dynastæ non pauci E.G.

ABISSINORUM, *خفتار* *Chaphtar.*

Ita *Firuzabadius*, *Kamusi* autor. Ex quo  
 insuper notandum, quòd ab aliquibus

*خفتار* *Chankar* scriptum sit, & ab a-

liis *جيفار* *Geiker*, quodq; autor eti-

annâ hæ sitet, annon *Mesopotamenorū* titulus  
 D. hic

hic fuerit. Fortè *Turcicum Hunkiar* in mente habuerunt, ex quibus *Firuzabadius* ista vocabula desumpsit. *Abissinis* verò Rex *Negus* dicitur, indeque Arabibus

النجاشي *Negaschi*, *Psalms*. LXXII.

8. LXXIV. 15. LXXXVI. 4. Tandem verò

נְגֻסָא נְגֻסַת *negusa negest*, Rex Regum. Inde *Banagasso*. Quod an *aula* nomen sit, an *provincia*, an *Proregis*, *Jacobum Goliium ad Alfrag. Petraum ad Jon. l. 4. &c.*

consules. Fuit & aliquandiu vulgata ferè opinio, Regem *Æthiopiæ* quemque פְּרִישִׁי

יִוָּן *Prete Joannem* vocatum fuisse. Ita

*Gedalja Schalsch. Hakkabb. p. 104.* *Elias Lev.*

in *Præfat. Masor.* Sed ab aliis aliter vox ista exprimitur. Diciturque Rex iste vel *Belul-*

*gian*, quasi dic. *Lapis pretiosus*. vel *Johannes*

*Belul. Mercat. Atl. Min. p. 594.* vel *Presbyter*

*Joannes*. vel *Prester Joaon, Lusitanis*. vel *Pres-*

*byter Cohan. Crines. Babel. p. 73.* vel *Priester*

*Johannes. Münst. Cosmogr. p. 1412.* *Belgis*

*Paep. Jan. פְּרִישִׁי גְּוָאנִי Prete Gjoani.*

*Schindl. in סְכָמָה* Præsupponit en. Regem

*Persicè פְּרֶסְטַת prest*; Angelum vero legatumque גַּנְן *Gan* dici. Quod falsum.

Memini Autorem *Glossarii Talmudici*, quod

*ARUCH* vocat, circa vocem אַבְרוּגָנִי *Abrugane*

*gane*

gane tradere, posteriorem ejus partem ex voce  $\text{גאון}$  Gaon descendere; istam vero Persicè  $\text{לגאון}$  legatos designare. Sed quid de talibus exoticarum linguarū reliquiis, quas quidem Rabbini nonnunquam tradunt, habendum sit, in *Glossario Profano* dicam.

Aliter *Josephus Scaliger* de præfato regis *Æthiopici*, ut illi videtur, agnomine sentit. Ita n. ille in *de Emendat. Temp. VII.* Prestegian, Persicà linguâ  $\text{Ἀπόστολοι}$ . Gentilitium Prestegiani,  $\text{ἀποστολικός}$ . Padschah Prestegiani, Rex Apostolicus, hoc est, Chranus.

Arabice  $\text{ملك رسولی}$  melich ressu-  
li, Æthiopice  $\text{נגוש חוריوی}$  Negusch chawariawi. Ita ille.

Jamque de vocis Persicæ significatu nulum est dubium. Passim n. Angeli æquè ac

Homines Legati  $\text{فرشتگان}$  Phristegj-

an dicuntur. v. Gen. VI. 2. Ex. XXIV. 5. Sed vix invenias quenquam Regum ab Arabicis Persicisque scriptoribus ita appellatum esse. Multo minus verò ista nomina: Melich ressu-

li & Negusch Chawarijawi. Novi Apostolos in ipsò *Alcoranò*  $\text{خواريون}$  Chawaryu-

na hoc est Candidatos dici, & ante Moham-



medem sic dictos esse. A Baptismi scil. lavacro. Et καὶ ἐξοχὴν quidem. Indeque & Æthiopicibus  $\text{ḤṖ ḤṖ ḤṖ ḤṖ}$ : *Chawarjat* dicuntur. Adeò, ut neglectà significatione originali, pro quòvis legato vox ista accipiatur. v. Joh. IX. 7 Sed non memini Æthiopes se suosque reges hoc nomine designare. Imò, si vox *Prestegejan* (uti Scaliger enunciat) Persica esset, adverbium  $\text{پرستن}$  *Presten* potius referenda esset, atque ita *Adoratores* significaret.

Reliqui, qui dehòc *Epithetò* scripserunt, *Jacobum Golium* secuti, non dubitant asserere, Æthiopum sub Ægyptò regem

$\text{پرستارخان}$  *Prestarchan*, hoc est, *mancipiorum imperatorem* à Persis aliisque Persico idiomate appellatum fuisse. Idque inde, quòd istius gentis mancipia toto Oriente notissima sint, adeò, ut Arabes voce

$\text{عبد}$  *Servi* non rarò Æthiopem denotent. Sed & hujus Tituli testimonia desunt. Illud certum est, ex tali aliqua dictione cuncta superius allegata nomina conficta esse. Puto autè *proprio nomine* Regem aliquè *Tataria* sic appellatum esse, veluti *Unchan*, *Gingifshan*, & ita

& ita porrò dicitur. Fuitque nisi fallor is, quem *Gingifchan* regno deturbavit, de quo *M. Paulus Venetus*. Ille verò *Christianus* idem erat, & in *Asiâ Septentrionali* latè imperitabat. *Nestorianus* tamen, non *Jacobita*, ut *Rex Abisinorū*. Quo tamen errore ejus nomen *Abisinorum Regi* tributum sit, *Kircherus* optimè docet, *Prodr. Copt. p. 103.*

Porro communiter appellabantur REGES: *ÆGYPTIORUM*, *Pharaones* ante *Cambysem*; *Ptolemæi*, post *Alex. M.* *Strabo XII. Sultani*, hodiè. *Schindl.*

*ÆTHIOPUM* *Regina*, *Candacæ*. *Plin. VI. 24* *Strabo XVII.*

*ALBANORUM*, *Sylvii*.

*ALEXANDRIÆ*, *Lagi*. *Schol. Juven. p. 62.*

*AMALEKITARUM*, *Agagi*. Et *Pharaones*. *Beidavi*. Sed opidò vitiosè.

*ARABUM*, *Petræorum*, *Arethæ*. *Scal. v. Himjaritarum.* حارت

*ASSYRIORUM*, *Chalifæ*.

*ATHENIENSIIUM*, *Cecropidæ*.

*AVARUM*, *Cacani*. *Paulus Diacon. IV. 38.*

*CAPPADOCUM*, *Ariarathes*.

*CELTARUM*, *Brenni*.

*CILICUM*, *Trachiotæ*, *Teucri*, *Ajaces*.

DAMASCENORUM, Adadi.

DECANENSIVM, Nefam Schah.

EDESSENORUM, Acbar. Quod est Major maximus.

FARGANÆ (Sogdian:) *اخشيد* Ach-

*schid*. Elmakin. Hist. Sarac. ad ann. 328.

FRANCORUM, Criniti. *Otto Frising. IV. 32.*

HIEROSOLYMITANORUM, מלכי צדק, *Melchisedecj.*

HIMJARITARUM (Arabiae Felicis) *دو* Du

Quod Hebraico *Baal* imprimis respondet.

HUNNORUM, Cacani. *Aimoin. IV. 39. Gregor. Turon. IV. 29.*

JAPON. Dairi.

JAVENSIVM, Matram.

INDORUM, Palim bothri. *Strab. XV. p. 483.*

Et *بلور* *Bellur*. Quod aliàs *Beryllum*, vel etiam *Crystallum* significat. *v. Abulfed. Transoxian. sin.*

ISMAELITARUM, נגידו המאמינים, Principes credentium. *Aben Efr. G. XLI. 10. v. Saracenorum.*

KUNCAMENSIVM, Madre Mauclo, Nifa Maluco, Cotteb Maluco, &c.

LIBUM, BATTUS. *Schol. Pindari.*

MALABARUM, SAMORY.

MAU-

MAURITANORUM, *Seriphij. Q. d. Nobiles.*

شريف *Scherifenim i. q. Anglicū Sherif.*

MEDORUM, *Astyages.*

MOGOLORUM جهان کبر *Gihan-*

*gir, q. d. Mundicaptor, κοσμοκράτωρ. Histor. Tamerl. p. 67.*

OMERITARUM, تبا بعة *Tobæ. v.*

*Abulfed. Tranfox. p. 45. m.*

FAPHLAGONUM, *Pylæmones.*

PARTHORUM, ARSACES. *Justin. XLI.*

ارن شاه *Hesych. Estque Ardschach,*

*q. d. magnus rex.*

PERSARUM, بيسد *Hesych. Quod est*

بيشدار *Bisdad, q. d. plenum Ju-*  
*sticiâ.*

*Artaxerxes. Raschi, Aben Es-*  
*ra, Seder olam XXX. Me-*  
*gasth. Druf. Observ. XII. 24.*

*Cosroës. Hist. Sarac. III. Beidav. &c.*

شاهنشاه *Sjahinsjah, h. e. rex re-*  
*gum.*

D 4

PHI-

PHILISTINORUM , **אבי מלך** abimelech.

v. *Gloss. Gr. S. p. 850. Amama p. 615. Gol. in Atabec. Q. d. Pater Rex.*

PONTI, Mithridates.

PRASIORUM, Palibothri. *Strabo XV: 43.*

ROMANORUM, Cæsares. *Hist. Sar. l. c. Beidavi. Et AUGUSTI.*

SARACENORUM , **سلطان** Sultan.

**أمير المؤمنين** Amirelmuminin, Princeps fidelium. v. *Zonar. T. III.*

*p. 112. Hist. Sar. I. 3.*

**نصير** adjutor Imperij & religionis.

SCYTHARUM , Scoloti. *Herod. IV.*

SINENSIIUM , Tiençu , Q. d. Cœli filius.

Estque idem quod *Chatajcum* Tencu. Etsi enim *Chataja* & *China* eadem terra non sint, uti Doctissimi Viri contendunt, non negarim tamen, *Chatajos* aliquando dici, & *Sinas* intelligi. Frequentius verò *Sina* imperatorem HONGTI appellant, h. e. Luteum Imperatorem, seu Terra, quam lutei coloris dicunt. Ac ita à XANGTI, supremo nimirum seu Cœlesti Imperatore distinguunt. Ita *Martin. At. Sin. p. 9. b.* Et Sinica

Sinica quidē vox *Hoàng* Croceū vel flavum colorem significat: *Xang* verò summū & Ty terram. Adeoque XANGTI supremum terra: HOANGTI Flavisimum terra, hoc est Felicissimum. Hæc namq; Crocei coloris significatio est ap. Sinas. *Ulugbeig*. Indequè propè multis Epitheti locò nomen hoc *Hoang* tribuitur. Quorum in *Lex. Sin.* non pauca collegi. Dictus fuit & olim Sinarū Rex

皇帝  
上帝

*فغفور* *Fagfo-*  
*ur*, ut ex *Arabum*, *Turcarum*, *Persarum*que scriptorib. liquet. Sed Australium tantum, ut quidam volunt. *Fansur* ap. *M. Paulum Venetum* legitur. Significat a. vel *Toparcham*, ex Martini mente, vel potius *Teria* patrem. *Famm* enim terram, mundumque significat: *Fu* patrem. SYRORUM, *Benhadad*, *Mercer. v. Drus. l. 6. Antiochi. Hier. T. V. p. 482.*

Ho-  
am  
Ty.  
xana  
ty.

THRACUM, *Cotyces.*

TATARORUM, خان Chan, & plu- Vág  
fu,

raliter خانان *Abulfeda. p. 63. Inde Chamus & Canisab Europæis dici cœpit. It. Hakon. unde Hakon Chini. Teixer.*

TURCARUM خانان Chakan. *Entych. Alex. T. II. p. 83. Hunkiar, Sultan.*

D 5

TY.

TYRI, Hiram.

VESTGOTHORUM, Flavij.

Sic hodieque Anglorum Regi Defensoris Fidei  
titulus tribuitur; Gallorum, Christianis-  
simi; Hispanorum, Catholici. v. Carpov.  
Defin. Eccles. pref. Sibi allegat.

3. Commune ergo etiam PHARAONIS vocabu-  
lum in Ægypto olim fuit. Ita

*Manetho ap. Euseb. Chron.*

*Hieron. Es. XXX.*

*Ambros. Rom. IX.*

*Aben Esra. Gen. XLI. 10. Ex. I. ult.*

A Minoë scil. Memphis conditore, ad Sa-  
lomonis usq; tempora. JOSEPH. Orig. VIII. 6.

Imò & Ezechielis. Is enim Pharaonem suū  
temporis memorat. cap. XXX. 24. 2. &c.

4. Pharaonum itaq; mentio passim in Sacra  
extat Scripturâ. In Historiâ scil.

*Abrahami. Gen. XII. 15.*

*Jacobi. Gen. XLI. 1, 25.*

*Mosis. Ex. I. 8. 22.*

*Samuelis I. Sam. VI. 6.)*

*Salomonis. 1. Reg. III. 1.*

*Josia. 2. Reg. XXIII. 29. 35.*

*Jojakimi. 2. Reg. XXIV. 7.*

*Ezechie Es. XXXVI. 6.*

*Jeremia. XLVI. 6.*

Alcoranus quoq; Pharaonis meminit, sed qui  
Semi tempore regnaverit, cujusq; Imperator  
bellicus

bellicus Haman fuerit. *Cap. XL.* Hoc sibi habeat TEMPORUM ADULTER. *Dan. VII. 2. v. Busbeqv. Epist. I. p. m. 94.*

Quidam Propriis etiam Nominibus designantur in ipsâ S. Scripturâ. So putà, Ahasi Coætaneus; Nebucadnezaris, Hophra: Eiusdem, Necho.

So 2. Reg. XVII. 4. memoratur. Sed Orientales Judæi נִדּוּ Si legerunt. Hieron. Sua. Josephus Soa. Σηγώε, LXX. edit. Rom.

Et hic l. c. Rex quidem Ægypti dicitur. Sed à nonnullis, Æthiopum Rex, qui tum Ægyptum tenuisset. Sulp. Sev. I. v. Chrys. hom. XXX. in Job. veluti Tirhaka Ezechia temporibus. 2. Reg. XIX: 9.

Est autem So ille, vel Sabacon Æthiopiæ rex, qui Bocchore Ægypti victo, Ægyptum Æthiopiæ junxit, unde Æthiopum dynastia in Ægypto, de quo Manetho: vel Sabaconis successor qui Sethon, & Sivech, Sebich. Intellige a. Æthiopes non Africanos, qui Abisfini hodiè dicuntur, neque antecessores eorum; Sed Orientales, h. e. Arabes Chusæos. v. Bocharti Phaleg. IV. 1.

Sequitur Hophra, cujus Captivitatem Jeremias prædixit c. XLIV. 30. Est is qui in Ptolemaicâ versione & Clem. Alex. Ουαφρῆς dicitur; Αἰεῖνς vero Herodoto in Ent. Diød. Sic. I.

Necho



*Necho*, tertius, *Josiam* bello vicit, & *Josakimum* tributariū constituit. 2. Reg. XXIII. 29. 2. Par. XXXV. 20. excidendum à *Nebucadnezare*. Jer. XLVI. 2. Targum חגירא *claudum* vocat. Quasi vox originis Hebraicæ esset. Hebræi enim *Claudicantem* נכה פגלים *pedibus laesum* vocant. 2. Sam. IV. 4. *Josepho* X. 4. Νεχάωσ. Fortè Νεχάωσ *Herodoti*, *Melp.* Pfammetichi filius. Sed, ut dixi, non sector nomina quævis propria.

*Rabbini* quoque *Pharaonum* quorundam nominetenus meminerunt. Suntque :

טוטוס *Tutis* Abrahami,

רען יוסף *Rean* Josephi,

טלמא *Talma* Moſis.

עוזה *usa* nescio cujus *Coztaneus*. v. *Schindl.* in פרעה *Bochart. Geogr. Sacr. P. I. p. 357.* & ipsum *Juchasin*.

8. Certiora sunt, quæ *Herodotus* tradidit, & *Eusebius*.
9. Sed & hoc argumento est: *Pharaones* communiter dictos fuisse *Ægypti* olim-reges, quod *Josephus* Patriarcha a *Moſin* allocutus legitur *Vivat Pharao*. Gen. XL. v. XLI. 25. Incivile verò fuisset regem proprio appellare nomine. *Drus. Comm. pr. ad voces N. T. p. 130.* Vel si hoc non sufficiat ad fidem (*Vid. enim. 1. Reg. I. 31. 34. 39.*) Cogitemus: USITATIOREM ap.

ap. Hebræos fuisse gratulationem, quâ reges communi nomine compellarent, quàm quâ proprio. Illud en. *Vivat Rex* acclamatum fuit SAULO. 1. *Sam.* X. 25. 2. *Sam.* XVI. 16. Salomoni. 1. *Reg.* I. 24. 2. *Reg.* XI. 12. 2. *Par.* XXIII. 11.

Sed SIGNIFICATIONEM vocis scrutemur!

1. Arabes Lexicographi *Crocodylum Pharaonis* 10.

rationem cum articulo (الفراعون)

dici scripserunt. *Kam.* Unde id habeant, non liquet. An quia *Crocodylus regni Ægyptij* insigne fuit? v. *Psalm.* LXXIV. 13. & *Junium h. l.* confer *Ezech.* XXIX, 5. XXXII. 1.

2. *Josephus* autor est. Ægyptios regem sic 12. vocasse. aitque *Antiq.* VIII. 12. (2. 5.)

ὁ Φαραὼν καὶ Αἰγυπτίως βασιλέα σημαίνει. *Pharao secundum Ægyptios Regem* significat. Sic & *August. Locut.* 1. ex *Gen.* XLVII. 26. Et possit hoc colligi ex collatione gratulationum VIVAT PHARAO, VIVAT REX, de quib. paulo ante dixi.

Sed & objici possit: *Cur ergo toties in* 13.

*Scripturâ* dicatur: *Pharao Rex.* Hanc enim inanem *Tautologiam* fore. *Boch. Geogr. Sacr.* p. 156. pr. atqui dixerim hanc non magis *Tautologiam* fore, quàm cum *Proceres Perfici*

המלך המשדרפני *regij Janitores regis* appellatur. vid. *glossas persicas.* & *Epistola*

כתב

כתב נשתון *Scriptura scripti. Esr. IV. 7.*  
 Sed Diversæ voces, imò diversæ Linguæ  
 sunt. Nec semper earundem vocum ejusdem-  
 que Linguæ Tautologia est. Ut cum dicitur  
 ἡ ἁγία νύκτας ἡ ἁγία νύκτας, die Heilige Weib-  
 nachten/π.

14. Posit item objici: regem Ægypti Hyc  
 vocatum fuisse, autore eodem Josephò contrà  
*App. I. Boch. l. c. p. 156.*

Atqui dixerim: Josephum ipsum pro no-  
 bis respondere. Quod ait regem Ægyptiis Hyc  
 vocari καὶ ἱεραὴν γλωσσᾶν secundum san-  
 ctiorē Linguam; seu loquendi rationem. Q. d.  
 alterum Pharaonis vocabulum vulgare fuisse;  
 hoc Hieroglyphicum, h. e Parabolicum. Si-  
 gnificat enim propriè PASTOREM.

15. 3. Vix significationem penetrabimus, nisi  
 de LECTIONE, hoc est, LITERIS Syllabis  
 que hujus nominis certi simus.

Jamque VARIE legitur. Nempe

1. פֶּרַעֵה Phar-oh, & inde Φαεϕῶ.


2. Phero.


3. פֶּרַע & פֶּרַעֵה In Nominib. sc. Potifar & Po-  
 tifer. Voluntq; vestigia ejusdem nominis ex-  
 tare in Φαεϕῶ & Φαεϕῶ. Sam. Petit.

4. פֶּרַעֵה Pharauna & Phirauna.

עֵה

עֵה


Sic Arabes. Est autem proculdubio Plurale singularis Loco usurpatum. Sicuti 

Isauna dicitur ab  Ise. Vel est ex graeco Φαργων.

5. Φαργων ap. Dionys. Halicarn. teste Josepho VIII. 6. Et Φαργωνος. Joseph. I. 9. p. 4. II. 12. seqq.

6. Athanasii Kircheri conjectura est: REGIBUS olim ΦΑΟΥΡΟ Phouuro dictum esse, h. e. Rex meus, Dominus meus, & id nominis successu temporum CORRUPTUM esse, ut post Pharo dictum sit. Supplem. cap. VI. p. 589.

Satis apparentiae. Nam & olim & hodie-  
num Principes Domini nostri vocari soliti sunt. Et unde posteriorib. Aegyptiis Princeps eorum

 Mulana, Dominus noster, dicatur vid. Wilh. Tyr. XIX. 20.

Ceterorum alii à Pharo Pharaones dictos volunt. Viv. ad. Aug. C. D. alij Vindices & q. פורעים Hebraicè; alij absolutos, q. ab Hebraico פארע Phara, quod est Otiosum, & ut ajunt, vacuum & liberum esse. Forster. Al. à Pyramidibus.

Utinam Versio aliqua Aegyptiaca eaque factis antiqua extaret, ex qua genuinum hujus nomi-

nominis modum depromere liceret! Sed vix recentem aliquam Europam vidit.

19. EX illâ sanè, cujus particulas quasdam *Abraham Kircherus* nonnullibi produxit, quæque in Bibliothecâ Vaticanâ asservatur, nihil solidi sperandum est.
20. Ibi verò pleraq; Propria nomina ad *Ptolemaicæ* versionis idioma transformata sunt. Sicq; *Joseph* ΙΩΗΦ, *Moses* ΜΩΥΣΗΣ, *Pharao* ΦΑΡΑΩ inibi appellantur.
21. Inter has tenebras *Halicarnassæi* lectionem maximi facio. arbitrorque *Ægyptios* ΦΑΡΙΩΤ dixisse; *Græcos* verò nonnullos ΦΑΡΑΩΘ & *Hebræos* פַּרְוֹ Pharo. Neque ignotum est, eruditis, quòd *Græci* plerumque *literis quiescentibus* (qualis R. hoc loco est) *vocalem* sive *precedentis* sive *sequentis* tribuant. Sic *Σολομών* dicitur pro *Slomo*. Sic *Esebon* pro *Hes-bon*. Sic *Galaad* pro *Gal-ad*. &c.
22. *Hebræorum* *Ain* quoque litera O omnino respondet: *He* vero non tantum sæpissime in T. mutatur, sed & ipsa vicem literæ Te supplet, & tantum non signo literæ Te, ut apud *Arabes* fieri solet, afficitur.
23. Jamque ΦΑΡ-ΙΩΤ *Patria patrem* proculdubio significat. ΙΩΤ enim *Pater est*; ΦΑΡ vero *terra*. Unde ΦΑΡΜΩΙ *terræ mater*, ΦΑΡΙΑ *ISIS*.

פַּרְוֹ

Ⲅ [ צַפְנָת פַּעֲנַח ] Ⲅ

TZAPHNAT PAANEACH. SALVATOR MUNDI.

**J**Amque inter honores, quibus Pharaos, 1.  
(quem Amasin vocant,) Josephū Jacobi ma-  
ctabat, & hic erat, quòd novum illi nomen fa-  
ceret. Hoc scilicet:

פַּעֲנַח צַפְנָת *Tzaphnat Paaneach.*

Sic en. Moses: Et vocabat Pharaos nomen Jo-  
sephi TZAPHNAT PAANEACH. Verba habes  
*Genes. XLI. 45.*

Idemque Moses *occasionem nominis* affert, 2.  
ex qua sententiam ejus plerique interpretes di-  
vinârunt.

Scribit autem geminum Pharaonis Somni-  
um, quæ *Septennalem annonæ largitatem, & Se-  
ptennalem iterum caritatem*, ambo significa-  
bant, à Josepho ad eòdè judicatum, imo, quid fa-  
ctu Opus foret, in Salutem Orbis Ægyptii in-  
dicatum esse, ut de genuino sensu utriusque  
Somnij & de consilij Josephici sinceritate Pha-  
raos nihil dubitârît. v. 37. Sic Josephum e-  
vectum esse in secundum à Rege locum. v. 40.  
Interque alia hoc, quod dixi, nomen ipsi  
adjectum esse.

Sed Interpretum & Commentatorum hîc 3.  
quoque permagna est discrepantia.




Eam in *Tabulâ* exhibeo, ut sequitur.

E

CLAS-

## COLLATIO VERSIONUM

## 4. CLASSIS I.

- a.)  Textus Sam.  
 b.)  Syr. Paris.  
 c.)  Persf. Tuf.

## CLASSIS II.

## CLASSIS III. &amp; IV.

- d.)  Verf. Sam.  
 e.)  Onkelos.  
 f.)  Raschi.  
 g.)  \* Maronit.  
 h.)  Baal hattur.  
 i.)  Arab. Paris.  
 k.)  Maurit.  
 l.)  Ar. Samar.

## CLASSIS V.

## CLASSIS VI.

## MAXIME ILLUSTRUM.

## CLASSIS I.

LXX. ψονθομΦανήχ.  
Coptic. ψONTOMΠΑΝΗΚ.

## CLASSIS II.

Hieron. Salvator mundi.  
Vulgata. Similiter.  
Anteluther. Enen Salichmaker der Werlde.

## CLASSIS III. &amp; IV.

\* Fl. Joseph. ψονθομΦάνηχΘ. κρουπῶν  
εὐρεθής. (m.  
Philo. κρουπῶν εὐρεθής, ἢ ὄνειροκρί-  
της. (n.

\* Chron. Alex ψονθομΦαχθῆ. ὦ ἀπεκαλύ-  
φθητὸ μέλλον. (o.  
Theodot. ὁ ἀπορρήτων ἐρμηνευτής. (p.  
Syr. ὁ εἰδὼς τὰ κρουπιά. (q.  
Lutherus, den heimlichen Raht. (r.

## CLASSIS V.

Armen. Յոսիվա Fesuit. (s.

## CLASSIS VI.

Philo. ὄνειροκρίτης. (t.



*Nota ad has Versiones.*

5. a.) *Saphineti Phane*. Loco literæ HE, quam circellò notavi, apud Kircherum CHET legitur, *Prodr. p. 129. ex Cod. Vaticanò.*

Easdem Syllabas *Joh. de la Haye Targumi Hierosolymitani* esse scribit. Sed ex errore. Targum illud nihil in hunc locum habet. Itaque *Joh. de la Haye* textum Samariticum nominare voluit. Et sunt alia multa cùm Typographi, tùm Autoris Bibliorum Maximorum errata; vel Philologica tantùm.

b.) *Tzaphnat Paanach*.

c.) *Saphnet Phaannah*. Scil. *versio illa Persica*, quam *Jacobus Tufius*, Judæus genere, paravit, difficultates Hebraici textus communissimè intactas relinquit. v. *Hotting. Thes. Phil. p. 279.* Quod & alij h. l. faciunt: *Junius cum Tremellio, Münsterus, Vatablus, Pagninus, & al.*

d.) *Temirthi Gala*. Sic legitur in vers. Latinâ. D. *Edmundus Castellus*, in *Animadversionib.* exposuit hæc Samaritica verba, q. Pharao de Josepho dixisset: *Arcanum meum revelavit.* v. *Morin. Annot. ad vers. Samar. b. l.*

e.) Vir, cui arcana revelata sunt.

f.) Qui occulta exponit.

g.) *Tzaphnat Paanach*, cui tecta resecta sunt.

h.) Per Gematriam. Qui occulta revelat. *Dè Gematria v. Buxt. Bibl. Rabb. p. 62. & Lex. Talm. 446.*

i.) Ma

i.) Manifestator abstrusorum.

k.) Interpres mysteriorum.

l.) Thesaurus scientiæ.

m.) Occultorum inventor, *Antiqv. II. 3.*

p. 44. F. Sic & *Diodorus in Catenâ Patrum.*

n.) Occultorum inventor, aut, somniorum Interpres.

o.) Cui futura revelata sunt.

p.) Ineffabilium interpres.

q.) Scholiastes ex Edit. Rom. ὁ Σύεγοσῆχαι, ὁ εἰδὼς τὰ κρυπτά. *Syrus habet: Qui occulta novit. Eadem ejusdem verba allegat & Procopius l. 6.*

r.) Non, *geheimer Naht* uti *Friedl. in h. l. Clafs. 7. & Dav. Rungius in h. l.*

s.) Cit. *Athanas. Kircherus ex Biblioth. Vaticanâ. Additque: Quod vocabulum, quid propriè significet, nullus mihi Armenorum, quibuscum frequens hic Romæ mihi familiaritas est, explicare potuit. Sic ille.*

Ego verò DIVINATOREM indicari arbitrator. Nam *נחש* Fes-al est נחש *Nachesch*, Divinare. Et de *Josephi Scyphô* legitur atriensem ejus dixisse: *הוא נחש בר Herum suum de illô divinasse. Gen. XLIV. 5. conf. v. 15.*

Scil. & Hebraica & Armenica vox vocibus, quæ serpentem significant, affinis est. Namq; Hebraicè *serpens* נחש *Nachesch* dicitur;

E 3

&

& Armenicè *serpentis sibilus* **𐎧𐎡𐎴** Fef-uz  
 & **𐎧𐎡𐎴** Fesc-uz. Divinatorum verò est  
*Musitare*, & q. *sibilare*. **𐎧𐎡𐎴** Ef. XXIX. 4.  
 ἐν γαστρὶ μυσέειδαι. Unde ἐγλασεῖ μυσος,  
 Ventriloquus, **𐎧𐎡𐎴** & πύθων à πυνθάνο-  
 μα. Unde iterum πύθων, serpens, quem A-  
 pollo interemit, *antiqui serpentis imago*,  
 Græcanicis tantummodò fabulis obtenebra-  
 ta. *Divinandi tamen vocabula in utramque*  
*partem accipi solent.*

t.) Verba *Philonis* libr. de *Joseph*, ex edit.  
 Rom: Μελονομάζει δὲ αὐτὸν διὰ τῆς ὀνειρο-  
 κερλικῆς ἐγχωρίῳ γλωττῆι παρεσχημένους.

*Procopius* p. 191. *Philo* Judæus, inquit, Lin-  
 guâ *Ægyptiorum* unò nomine ipsum dici  
 ὀνειροκρίτην, i. e. *somniorum Interpretem*  
 & *Judicem*.

## 6. Vides itaque interpretes in sex abire Classes.

### I. Interpretationum recensio.

1. **P**ars ipsa *met Vocabulum originale ser-  
 vaverunt* potius, quam interpretati sunt.  
 Tantum in *Syllabarum enunciatione* & *ipsi*, &  
 postea *exemplaria* variant.

7. 2. *B. Hieronymo* autore *Josephus* *Salva-  
 tor mundi* appellatus est.

“ *Licet* \* *Hebraicè*, inquit, *hoc nomen* ab-  
 scon-

\* *Hebraicè* i. e. *ex Hebræorum sententiâ.*

conditorum repertorem sanet, tamen quia, ab Ægyptio ponitur, Ipsius linguæ debet habere rationem. Interpretatur, ergò sermone Ægyptio Salvator mundi, eò quòd orbem terrarum ab imminente famis excidio liberàrit. Sic ille in Qq. Hebr. Et quamvis Flav. Josephus Judaicam conjecturam sequeretur (uti suprà annotavi) ad Hieronymianam tamen accedit interpretationem cum ait: γεγενημένον σωτηρῆς ὁμολογημένως Ἰσραὴλ πλήθους. h. e. sigif. mundo Gelenio interprete: Salvator populi citrà controversiam extitit.

Sic ille l. II, Antiq. c. 3. p. m. 44. F.

8.

3. Ceteri & ferè ad unum omnes, Judaicam traditionem, sequuntur & Arcanorum inventorem dictum volunt Josephum Patriarcham.

4. Horum tamen alij nudè hanc versionem nominis afferunt; alij unà & Syllabas, uti Flav. Josephus, Chronicon Alexandr. Maronite.

9.

5. Quintam classem Armenus; Sextam Philo constituit, quatenus sc. ad speciem transit, & Josephum Ægyptiacè ὀνειροῦ ἐρῆτην seminiorum interpretem appellatum judicat.

10.

## II. Syllabus Originationum.

EX his tamen alij ad Ægyptiacam linguam II. duo hæc vocabula referunt; alij ad Hebraicam. Et horum alij iterum ex parte; alij ex toto.

E 4

I. Vul.

12. I. Vulgata versio disertè linguæ *Ægyptiacæ* meminit verbis: **VOCAVIT EUM LINGUA ÆGYPTIACA SALVATOREM MUNDI.** Unde & *Ante Lutherana*: Na der Tungen van Egipten. Id probat *Corn. à Lapin* h. l. Scribit enim: Putant aliqui Hebræam esse vocem & significare *revelatorem arcanorum*, puta Somniorum. Ita *Josephus*, *Philo*, *Chaldæus*, *Theodor. S. Chrysoft.* & *Rabbinii*. Verum magis credendum *S. Hieronymo*, qui habitavit in *Judæa*, dicenti, hanc vocem non esse Hebræam, sed *Ægyptiam*. Ut quid enim *Pharao Ægyptius* in *Ægypto* *Josepho*, non *Ægyptium*, sed *Hebræum* nomen imponeret? Ergo *tzophnat paneach* *Ægyptiacè* significat, *salvatorem mundi*. Unde licet τὸ *Lingua Ægyptiaca*, non sit in Hebræo, prudenter tamen rectèque ab interprete nostro *explicationis* causa additum est.

*Similiter Menochius*: Verba hæc (*Lingua Ægyptiacâ*) non in Hebræo sunt nec in *Græco*. Addita ab interprete Latino, ne cruci-  
era ur quærentes cujus Linguæ Vocabulum sit, quod sequitur. *Fr. Item Junius*, cum *Josephi* & *Hieronymi* interpretationem recensuisset, subjecit: **SECUNDAM PROBO.**

Sic & *Athanas. Kircherus*: Falluntur inquit, omnes ii, qui illud פֶּנַח פֶּנַח, quò juxta vulgatam editionem *Pharao Josephum mundi*

*di Salvatorem* appellat, coactâ & violentâ,,  
 derivatione aliud, quàm Ægyptiacum esse,,  
 asserunt. Nam præterquam quod non D.,,  
*Hieronymus* tantum; Sed etiam quotquot,,  
 de *ejus versione* rectè sentiunt, id Ægyptia.,,  
 cum esse asserant; certè ipsæ sacræ literæ,,  
 literæ non obstante defectu verborum, id,,  
 apertè significantium, id adeò clarè sanè his.,,  
 ce verbis monstrare videntur, ut nulli ampli.,,  
 us dubitandi locus relinquatur. *Et vocavit,,*  
*Pharao nomen Joseph Thaphnat Phanehh.* In.,,  
 hoc versu Hebraico, desunt quidem hæc,,  
 verba (*in Lingua Ægyptia*) ex quo unico.,,  
 adversæ partis sententiæ erroris sui Originem.,,  
 traxisse videntur. Sed eorum in Hebraico.,,  
 fieri mentionem, necessarium non erat;.,,  
 Cum vocabulum à Mose hoc loco positum.,,  
 seipsum veluti peregrinum, atque ab He.,,  
 braica Phrasi spurium, apud omnes linguæ.,,  
 sanctæ gnaros satis explicet. *Prodr. Copt.,,*  
*Cap. V. p. 124. & p. 125.* Ad aliam linguam.,,  
 pertinere non potest, nisi ad eam, quæ Pha.,,  
 raoni erat vernacula. *p. 126.* Hoc autem ita.,,  
 esse docet *pentateuchus Coptus. Et post mul.,,*  
*ta:* Ex quo sanè luculenter patet, nomen.,,  
 illud aliud non esse nisi Ægyptiacum. Non.,,  
 enim verisimile est &c.

Quia scilicet Vocabulum  $\Psi\text{ON}\Theta\text{OM } \Phi\text{A}$ -<sup>13.</sup>  
 NHK in Pentateucho Ægyptiaco legitur, Ægy-  
 ptiacum est, *Kirchero iudice.* Quod tamen  
 E 5 argu-

argumenti locum non invenit. Possset enim similiter dici, vox *Græca* esse, vel *Hebraica*, quia in textu *Græco*, & *Hebraico* reperire est. Perinde ut ex *LXX.* & *Chronico Alexandri*no sententiæ suæ *satisfaciendi* ergò hoc ipsum vocabulum adducit p. 127. m.

14. Itaque tres causas allegant scriptores, quare *Josephi* nomen hoc ad *Ægyptiacas* voces referendum sit. *Prima* vulgatæ versionis & *Hieronymj* autoritas est, de qua iterum *Job. de la Haye*: Credendum est ergò (*Hieronymo*) qui in *Ægypto* versatus est, & ab *Ægyptijs* discere potuit harum vocum significationem. *Secunda* *Pharaonis* *Lingua vernacula*, de quâ iterum *Abenmelech*: *Alij dicunt*, esse nomen *Ægyptium*, quemadmodum *Nabuchodonosor* imposuit nomina *Chaldaica* *Danieli* & *socijs*. Mirum autem, si est nomen *Hebraum*, unde *Ægyptio* regi nomen illud? *Tertia*, quia hoc ipsum Vocabulum in versione *Copticâ* s. recentiore *Ægyptiacâ* reperitur. Sed instar omnium *quarta* est *Ocularis* harum vocum originatio.

15. Sed sunt tamen, II. qui vocem צפנה *Tzaphnat* ad *Hebraicam* radicem צפן *Tzaphan*, quod est *abscondere* & *occultare*, referant.

Respicit huc *Raschi*, dum de alterâ voce ראיין לפענח דמיון במקרא: : scribit: :  
 “Non est vox in scripturâ, quæ huic *Panneach* sit similis. Unde sequitur, mentem ejus fuisse:

Ha-

Habere.  
 Tzaphan  
 ejusd  
 cas hab  
 Et Ab  
 scribit:  
 Sed u  
 fiet, n  
 tamen h  
 ejus no  
 lia sum:  
 ipsum qu  
 conveni  
 Sed u  
 esse pote  
 est. & c  
 CANOR  
 significat  
 ctum fuit  
 Quom  
 NAT ad  
 Vid. R  
 Vers. Hor  
 III. E  
 Eten  
 Luc

Habere linguam Hebraicam voces illi alteri Tzaphnat similes, h. e. ejusdem *originis*. Nam ejusdem *forma* voces altera *paaneach* non paucas habet, ut פֶּרְדִּים *Paradisus*, אֲרֵנֶב *lepus*, סִנּוּר *cæcitas*.

Et *Aben melech* disertè in hanc sententiam scribit: פֶּעֶנַח (*Paaneach*) est in formâ פֶּרְשׁוּ (*Parfches.*)

Sed unde illa vox *Paaneach* sit, & quid significet, nemo est, qui edisserat. *Hebraicam* tamen haud esse vel inde liquet, quod *forma* ejus nomini ACTORIS (ut vocant, & qualia sunt: INVENTOR, INTERPRES, &c. ipsumque SALVATOR) ap. Hebræos non conveniat.

Sed nec alterum illud Tzaphnat Hebraicum esse potest, ideò quod & *forma* vocis aliena est, & *constructio*. Si enim Tzaphnat ARCANORUM, & Paaneach INVENTOREM significaret, Hebraicè Paaneach Tzaphnat dictum fuisset, non Tzaphnat Paaneach.

Quomodo & quatenus tamen TZAPHNAT ad Hebræum fontem revocari queat, Vid. Rivetus in h. l. *Sixt. Amam. Censur. Vulg. Vers. Hotting. Contr. Morin. p. 48.*

### III. Examen eorum, qui Targum sequuntur.

Ceterum *Serpentium Errorum exemplum* Luculentum est, quòd omnes propè Scriptores



ptores *Chaldaicam Versionem*, quæ extantium antiquissima est, & reverà *Judaicam traditionem*, quæ *Mosaica* nequaquam esse potest, sequuntur.

Scilicet quod Judæorum Magistri post Captivitatem *Babylonicam* **CONJECERUNT** potius, & suspicati sunt, quàm **SCIVERUNT**, hoc posterior *Antiquitas* omninò arripuit, ut in *veritatem* ferè abierit, Et, veluti *Alexander M.* apud *Curt.* VIII. 8. loquitur: *Quod falsò creditum est, veri vicem obtinuerit.*

10. Cumque *Originatio & Constructio* harum vocum *aliena* sit; *Significatio* verò ad minimum incerta, mirum est, quòd *D. Glassius Gr. Sacr.* p. 840. *Vulgatam* reprehendat, ceu quæ **ALIENE** nomen hoc reddidisset. Et multò magis mirum est quòd *Hugo Grotius* multitudinem interpretum uberiori scrutinio anteponat, scribatque: *Ideo ab hac sententia, Josephum arcanorum inventorem dictum fuisse, discedendum non esse, quòd omnes voces exoticas ita interpretentur.*

#### IV. Interpretatio ex L. Ægyptiacâ.

21. 1. Qui *Ægypto* cognomen hoc acceptum ferunt, de proprio ejus significato fermè desperant.

Sic *Aben Ezra*: אם זו מלה המצרית לא ידענו פירושה: ואם היא מתרגמת לא ידענו שם יוסף:  
Si

*Si hoc vocabulum, inquit, Ægyptium est, ,, interpretari illud nescimus &c. ,,*

Et *Lyra*: utrum eadem vox in L. Ægypti- ,, aca significet Salvatorem mundi, nescio: ni- ,, si quòd dicat nostra translatio. Linguam ,, enim illam ignoro. Similiter *Seb. Münste- ,, rus*: Alij putant, esse dictiones Ægyptias ,, sed hactenus nemo fuit, qui eas ex Ægypti- ,, aca L. in Latinam transferret, nec Judæus nec ,, Christianus Sic & *G. j. Vossius*: Sed hunc dissen- ,, sum, ait, difficile sit hodiè dirimere post ,, intermortuam penè Veteris Ægypti linguam. *de Orig. & Progr. idolol. I. 29. p. 218. pr.*

Et *Mariana*: Ergò voces, ut sunt in He- ,, bræo intactas relinquerem, ne cuique inter- ,, prætationi præjudiceretur. Eumque laudant *Rivetus & Friedliebuis*.

2. *Josephus Scaliger* contendit, vocabula 22. *Paaneach & πᾶνι* (quod mensis Ægyptiaci nomen est) idem esse. *libr. V de Emend. Temp. p. 391.* Putat a. mensem hunc à Josepho appellationem accepisse, quod aliàs fieri solebat. *V. supr. V. Abib.* Interim *significationem* vocis in medio relinquit.

3. Primus verò, quem sciam rationem ha- 23. rum vocum ex L. Ægyptiacâ tentâsse, *Athanasius Kircherus* est. Et hic verbis quidem istis omnem rem complexus est: ♣ONTOM, ,, in Ægypt. Linguâ Futura; ΠΑΝΗΚ vel ΦΑΝΗΚ, ,, verò Vatè vel Augurè significat, aut eū qui fu- ,, tura & abscondita aperit. *p. 126. pr.* At

24. Atqui meritò prolixior hâc in re fuisset. Maximè, cùm *nec illa vocabula in Lexicis Copticis reperiantur. Futura verò & augures vel vates longè alijs vocibus exprimantur ab Ægyptijs.* Idem judicandum de hisce Kircheri nomenclaturis, cum tradit *Dominum sanctum Ægyptiacè ΠΟCΙΠΙC* dici. *Suppl. p. 589. Regem EPCIPI. ib. Bovem ΑΠ, 590.* Hæc n. & alia nonnulla, quæ nobis propinavit, etsi ad Onomasticum à se editum provocet, Ægyptiaca non sunt.
25. Sed & mirum est, hunc ipsum Kircherum non stetisse à partib. *Hieronimi & Vulgate, cum exemplo suorum debuisset, & beneficiò linguæ Coptæ potuisset.* Atqui existimatione suâ, quàm inter Literatos non immeritò, tanquam restaurator inter alia Linguæ Ægyptiacæ, habet, eruditissimos quosque in suam traxit sententiam: *Sam. Bochartum, Brianum Waltonum, Edmundum Castellum, & al.* Adeoque in antiquâ conjecturâ incautos confirmavit omnes.
26. Ego verò ausim *Hieronimum* ab omnib. jam desertum & neglectum, vel sanè non defensum defendere. Non, quia Hieronymus est; Sed, quia ipsum vera vidisse, nihil dubito.
27. Jam n. *Creatura Coptis ex Antiqua Ægyptiorum linguâ ΠΙCΩNT, pisont* dicitur: *Salus vero ΦΝΟΨΕΜ phnoham.*

CωNT

**C**ONT indefinitely creaturam significat. III 28.  
 articulus definitivus est, quales apud Hebraeos  
 He notificativum, apud Græcos ὁ, ἡ, τὸ;  
 apud Nos voces *der/die/das*. Pro ΠΙC**ONT**  
*psont* dicitur & ΠC**ONT** vel Ψ**ONT** *psont*. V.  
*Kirch. Primit. 297.*

**N**ONEM *Noham* porrò **S**ALVARE, & **L**I- 29.  
**B**ERARE est. Eaque vox passim occurrit.

Hinc *Ephenoham salvabit: Ephnoham, sal-*  
*vator, & alia.*

Itaque de *Radibus* nullum est dubium. 30.  
 Quin scil. *Literæ Hebraicæ literis Ægyptiacis*  
 respondeant. Et *significatio convenientissima*  
 est. Maximè cum vocabulum **C**REATURÆ  
 passim & in complurib. Lingvis pro *solis ho-*  
*minib.* poni soleat. Etsi *Josephus consilio suo*  
 non *Homines tantum, sed & bruta servaverit.*

Sed de **C**ONSTRUCTIONE, itemque de 31.  
*pronunciatione* restat nonnihil disquirendum  
 amplius.

Si *Ægyptij olim, uti hodiè, duorum sub-*  
*stantivorum Genitivum posteriore locò posu-*  
*issent, Pharao non dixisset: ΠC**ONT** psont*  
*amphnoham, sed phnoham amphsont.*

Illud est: *Creatura salutis. Hoc: SALUS*  
*Creaturarum.*

Cumque *genius Linguae Ægyptiacæ aliam* 32.  
*Constructionem non ferat, quàm, quæ in Re-*  
*liquis ejus mansit (primævum enim genium*  
*Linguae*

Linguae non mutant) arbitror *Josephi* nomen in formam *Enunciationis* à Pharaone redactum esse, ipsumque dixisse: ΠΙCΩNT ETENOΨEM *Pfont Ephnoham*, q. d. Hic creaturas h. e. homines & bruta, ipsumque Orbem *salvabit*.

33. Hebraei sanè liberis suis nomina de integris quasi *Enunciationib.* fecerunt. e. g. יעקוב *Jacob*, q. d. Hic fratrem *sub plantas* ager.
34. Et veluti *Lea* natò filio *Gade*, בגד *Bagad* quidem dixerat, h. e. *Venit fortuna*, & tamen posterius atque palmarium Vocabulum *Gad* nominis loco ipsi mansit: Sic possit *Joseph* postea *Phnoham*, & uti *Scaliger* conjicit, *Payni* nudè dictus esse.
35. Si tamen *Hieronymus* sensum Nominis redere maluisset, quàm verbum verbo, dixerim eòdem recidor hac tria: SALVABIT CREATURAS, SALVATOR HOMINUM, CREATURA SALUTIS

#### V. OBJECTIONES.

##### Obiectio I.

36. Neque id mirum. Nam & aliàs Principes quidam *Cōñeges*, sive *Salvatores* vulgò appellati sunt. V. omninò *Maximil. Sandeus Grammatic. profan. Comment. X. p. 371. 389.* Etiam *Lea* quendam filiorum *Aferem* appellavit, hoc est, *Salvatozem*. Gen. XXX. 13.

##### Obiectio II.

37. Ceterum *Andr. Rivetus* nihilominus *Hierony-*  
ny-

nymianæ interpretationi nonnihil objicit, cum ait: Non videtur mihi Hieronymi interpretatione admodum rei convenire. Cur enim appellasset eum Pharaon mundi Salvatorem, qui non toti mundo poterat providere hoc suo consilio, sed Ægyptiis tantum & vicinis?

Illud verò facile solvet, quisquis novit *u-38.* nam Judæam Matth. XXVII. 45. universam terram dici. *v. Erasmi. h. l. & Orbem Romanum* Luc. II. 1. totum orbem. *Calvin. h. l.*

### Objectio III.

Etiam hoc objici possit: Philonem æquè ac Hieronymum in Ægypto vixisse, & Linguae Ægyptiacæ cognitionem habuisse. *v. Rivet. in h. l.*

Ego verò dixerim: Linguam Ægyptiacam Philoni vix cognitam fuisse, cum illius usus tantum in sacris esset, quibus Hieronymus interfuit; Philo Judæus non item.

### VI. Græcæ & Vulgatæ Versionis Concordia.

Johannes tandem de la Haye *utramque interpretationem* (Hieronymi & receptissimam illam) hunc in modum conciliare studet. Porro, inquit, cur Salvator dictus sit, satis apertum est, quod suâ sapientiâ & prudentiâ extremam Ægypti famem & inopiam, quæ imminere repulerit. Sed dicamus,

F

LXX.

"LXX. versionem esse *sinceram & legitimam*  
 " & multum nos eis debere, quod verum &  
 " germanum nomen Josephi Pſento Phanech  
 " quod est occultorum interpretes retinuerint,  
 " & ad nos transmiserint. Quid ergo? an  
 " vitiosa erit versio nostra, *Salvator* mun-  
 " di? minimè quidem. Sed utraque est  
 " proba & legitima. LXX. tamen versio vide-  
 " tur magis arridere, quòd exprimat propri-  
 " um & germanum nomen, quò Joseph ab Æ-  
 " gyptiis appellabatur. Vulgatus autem *pro*  
 " *nomine proprio* ejus tantum interpretatio-  
 " nem ponit, ac proinde non exprimit no-  
 " men propriū illius. Vel addamus, duo nomi-  
 " na Josepho imposita fuisse, unum aulicum,  
 " aliud popolare; Nomen aulicum fuit Pſon-  
 " tom Phaneach quo appellatus fuit à Rege &  
 " aulicis. Significat autē nomē illud in Linguā  
 " Æg. revelatorē secretorum vel occultorum.  
 " Nomen popolare fuit aliud nomen nobis  
 " incognitum, quod Ægyptiacè sonabat Salva-  
 " torem aut conservatorem populi. Et hoc no-  
 " mine appellabatur à populo, quem tantā pru-  
 " dentia & providentiā conservaverat. LXX. in-  
 " terpretes agunt de priorē appellatione; Vul-  
 " gatus de posteriorē. *Sic ille.*

41. Sed ex superioribus jam liquet Græcam &  
 Vulgatam versionem adeò convenire ut altera  
 alterius versio sit, & conjecturam illam de

ge-

geminâ agnominatone Josephi nauci esse.

VII. *Varia lectio.*

**S**ed & *differentia lectionum* concilianda est 42. deinceps. Scriptura enim Hebraica diversimodè lecta est.

1. Veteres Hebræi *Tzophnat* legerunt, quod 43. & lectioni *Græci* vicinius est, quàm quòd alij TZAPHNAT legant. *Fagius* scil. *Clarius*, *Münsterus*, *Vatablus*, & al. Secuti sc. eos, qui per infititium *Metheg Kametz chatuph* in *Kametz* converterunt.

2. Samaritarum lectio longiùs recedit ab 44. Origine, & planè ἀνώμαλόν est.

3. De *Græcâ* lectione Ἰων LXX. *Cornel.* 45. à Lapide pronunciat: CORRUP TAM eam esse. Quia scil. Hebraicæ non respondet.

Sed *Athanas. Kircherus*: *Ex hac* Autorum 46. *farragine*, inquit, *luculenter apparet*, hanc „ vocem *Tzaphnath Phanech* idem esse, quod „ *Psonthom Phanech* corruptumque esse ab „ Hebræis, ob difficultatem, quâ *Ægyptiacas* „ voces pronuntiabant. Nam cum hoc ver- „ bum absconditorum revelatorem significare „ intelligerent, verisimile est eos *Psonthon* „ in *Tsaphan* (Ἰων enim idem quod occultum „ est) ut Hebraicæ Phrasi lectionem red- „ derent similiorem transmutasse. *Hactenus* „ ille.



Addit autem & *Oleastrum* in eadem opinione fuisse & hunc quidem ex Hebræorum libris sic persuasum : Verba "*Oleastri* : Mihi videtur , inquit , si "*Tzaphnath Phanech* dictiones Hebrææ sunt, "*nullum esse dubium, quin prior תצפנח Tzaphnoth* significet occultum , à תצפ quod est "*abscondere , seu occultare. De significatio-* "*ne vero secundæ dictionis magis dubitatur* "*quòd ea solùm hoc loco reperiatur. Ra-* "*bini tamen nostri omnes dicunt significare* "*revelatorem lingua barbarâ. Dein & Mo-* "*sen Majimonidem laudat , asserentem sc. vo-* "*cem Zophnat paaneach* Ægyptiacam esse, eam- "*que arcanorum revelatorem significare, sed* "*corruptam esse ab Hebræis , & hoc se ab ipsis* "*Ægyptiæ linguæ peritis accepisse. Tandem* "*in hunc modum concludit Kircherus : וּנ-* "*וּנִיתוֹם igitur ad difficultatem pronunciatio-* "*nis vitandam in Tzaphnat versum , idem ef-* "*se facillè ea nomina comparanti patebit.* "*Unde satis mirari non possum , quid in* "*mentem venerit Eugubino , quod Tzaphnat* "*Phanech verum Ægyptiacum ; Pfontom Pha-* "*nik autem corruptum asserere ausus sit.* "*Tantum abest ut hoc corruptum sit , ut po-* "*tius 70. interpretes ab ipsis Sacerdotibus* "*Ægyptiis instructos , id tanquam propriam* "*Ægyptiæ linguæ vocem posuisse, censendum* "*sit.* Hu-

Hujus asserti causâ *Johanni Stephano Rittangelio*, Judæo in Christum baptizato, mirè vapulat Kircherus. V. illius *Dissertatio Germanica*, in quâ sui temporis Doctores Hebraicos Christianos Quartanam, ut scribit, fallendo, sed falsè nimis perstringit.

Sed is vel nodum in scirpo quærit, vel allegationes Kircheri, quia suis editionib. non respondebant, turpiter accusat, vel elenchum ignorat.

Unum est, quod h. l. tangere oportet. Scribit Kircherus: Josephi Agnomen ab Hebræis corruptum esse; *Rittangelius*: Non esse, quia scil. Moses instinctu Sp. S. scripsisset, & prætereà Ægyptiacam Linguam exactè calluisset, Sed nôrat *Rittangelius*, Kircherum de Hebræis loqui, non de Hebræo. Poteratque nôsse, complurium sententiam esse, quòd Hebræi post captivitatem, demum Babylonicam figuras vocalium textui Hebræo adjecerint, remque ipsam loqui, nonnulla vocabula non variè tantum ab olim legi, sed & falsò. Non *Moses* itaque voces corrupit, sed Hebræi post Captivitatem. Non studio quidem, sed *Patrum Socordiâ* in tenebras, & textus Hebraici aliqualem incertitudinem delapsi. Id quod usurpandarum figurarum vocalium necessitatem induxit.

Cumque *Punctatores* post longævam Lectorum publicarum desuetudinem exoticas vo-

ces legere non possent, vel exemplaria punctata in arcâ fœderis asservari solita multò magis perijissent, uti visum est, legere oportuit, nemine contradicentè.

52. Itaque punctatio *Hebraica* est; voces *Ægyptiaca*.

53. Et licet lectionem *Hebraicam* neque ad lectionem *Græcam*, neque originationem *Ægyptiacam* reformare audendum sit, donec de *flexionibus* vocum æquè certò constet, uti de *radicibus*, certum tamen est, literas *Hebraicas* *Græcæ* lectioni & *Ægyptiacæ* *Etymologiæ* propius accedere, si sic locentur, leganturq; פִּנְעַח פִּנְעַח *Ptxont Phanoach*.

54. *Græci* sanè sic legerunt. Et tantùm literam *Α* *Ain* literâ *H Eta* expresserunt, q. scriptum fuisset פִּנְעַח *Phaneach*, *hebræi* vero literam *Ain* in vicem literæ *O* persæpè usurpare soliti sunt. Exempla, *Pharao*, *Gomorra*. *Ratio*, *Harmonia Alphabeti* est. Ea enim sic habet:

Ⲙ	M		Ⲯ	O		ϱ	ὀ	π	α,		
Ⲛ	N		Ⲥ	Π		Ⲛ	ρ				
Ⲙ	Ξ		Ⲯ	σ	ά	π	,	Ⲯ	Σ	Ξ	ς.

Litera *M*. etsi *radicalis* esset, in *sine* perijt tamen, ut aliàs fieri assuevit in vocabulis exoticis. *Boch. Geogr. Sacr. p. 587. a.*

55. Præterea eruditis constat de commutationibus vocalium *E*. & *A*, nequis miretur *Phaneach*

neach & Φανήχ pro TENOSHEM scriptum esse. Sed & Ægyptii frequentissimè sic legunt:

MI XEN Chan, in.  
NEM Nam, &.

Ipsos etiam scriptores sacros *exoticas voces* 56. ad formas *Hebraicas ACCOMMODASSE*, compluria hujus libelli exempla docent. Vide *prafat. in Glossarium Profanum*.

*Absentia denique figurarum vocalium certitudini* 57. sensus nihil detrahit, perinde ut *presentia* sæpe nihil juvat. An enim *זון Zonah Cauponariam*, aut v. *meretricem*, e. g. in *Historiâ Rababis*, significet, ex punctis nemo discet. Sed de *Figuris Vocalium aliàs*.

Neque v. refert *Exoticarum vocum syllabas* 58. adèd *curiosè metiri*, cum difficulter literæ & vocales exoticæ exoticorum literis & vocalis, ex assè exprimantur, sæpe etiam sic alterentur, ut *Jovem Lapidem jures eadèdem voces non esse*, e. g.

*Græcum κρησανη & Helveticum Kilche.*

*Atticum Ἰεσααφ & Æolicum πέτοα.*

& simil. v. *Salmas. Hellenist.* 387.

Et quòd hoc ipsum *פנח פנח* Ægypti-59. *ACO & CONT M'ΦNOHEM* non planè respondeat, etiam hæ causæ esse possunt, quòd à *Mosis tempore Lingua nonnihil variata est*, quòdque tunc Ægyptii iisdem, quib. hodiè literis usi non sunt. A dextrâ v. sinistrorsum

olim scripserunt, *Herodoto teste in Euterpâ. v. tamen Præfat. in Glossar. Prof.*

60. Jam verò sufficit RADICES VOCUM indicasse, quæ singulari DEI providentiâ in usum nostrum supervixerunt.

61. ALLEGORIAM hujus *ἐπιωνυμίας* Paulus Fagius in h. l. tangit, etsi ambiguit. Sic enim de Hieronymi versione scribit: *Quòd si firma esset hæc interpretatio, pulchrè faceret ad mysterium, cujus Joseph in aliquib. typus fuit.*

Ⲅ [קיקיון] Ⲅ

KIKAION. CICI.

1. **Q**uinques in Historiâ JONÆ planta cujusdem mentio fit, quæ Prophetæ & umbram iu æstu solis fecerit & magistra contræ æstum illaudatæ invidiæ fuerit. Kikajon ab Autore vocatur *cap. IVti versu 6. bis; dein 8 versu 7. 9. 10.*

2. *Quæ autem fuerit, & quòd propriè nomine designanda sit, nec ne, præ cucurbitariâ lite (Hier. ep. 88) ferè non liquet.*

3. Et malunt sibi NON LIQUERE, qui authenticam vocem retinent, uti *Paraphrastes Chaldeus*, quique ignorare aliquid malunt, quàm temerè aliud quiddam asserere. Sic *Aben Esra*: *וְאִין צוֹרֵךְ לָרַעַת סָהוּ* Neque necesse est scire, quid hoc sit. Münsterus verò: *KIKAJON in regionibus nostris non reperitur.*

*Idèd*

Idèd conveniens nomen dare nequimus. Ceteri vel *Hederam* intelligunt, vel *Ricinum*, vel *Cucurbitam*. Ego verò *diversam ab his omnibus plantam* & verè *CICI dictam*. Sunt enim & alij quidem, qui *Kikajon* & *Cici* eòdem locò habeant, sed ita, ut *Cici* & *Ricinum* confundant, ut *Dioscordes* ipse, *Plinius*; ne recentiores dicam. Unus, nisi fallor, *Scaliger* idem, quod ego præter ipsum, vidit. *vid. ep. 232.*

Sed sententiarum divortia ex Schemate 4. rectiùs, spero, patefcet:

*Collatio VERSIONUM maximè illustrium.*

Classis I.	Targ.	Classis I.
a.) קיקיון		
Classis II.		Classis II.
	Aquila	κισσός. (b.
	Vulg.	Hedera (c.
Classis III.		Classis III.
d.) הלכרוע	Aruch. Hier.	Ricinus (e.
Classis IV.		Classis IV.
منه لوانه	Syr. LXX.	κολοκύνθη.
البقطين	Arab. Æth.	Chamchā (h
g.) רלעה	Hisp. Luth.	Kürbiss (i.
Classis V.		Classis V.
k.) קיק	Talm. Autor.	CICI. (l.

## Notæ.

c.) Hieronymus CICEJON legit, eodēq; teste Syre Cicejam appellatur. Pro quō Drusus CI-CEJAN legendū censet. *Q. g. Hebr. II. 44.*

b.) Sic & Symmachus atque Theodotian.

c.) Sic & Hieronymus. Non quod illam versionem probaret, sed quod ignoraret, quō nomine Latinè eam plantam exprimeret. *Vid. in Jon.*

d.) Sic & Kimchi, &, quem citat, R. Samuel ben Hophni. Est autem Arabica vox

السرو *Elcherva.* Et solent Judæi, Sy-

rique Christiani *Caph* vice Arabici *Cha* usurpare. Arabes hodiè *Elchirua* legunt. Sed Hieronymus *Elcherva*. In officinis *Elcherva*, &, articulō abjectō *Cherva*, *Cerva*, *Kerva*. *Matthiol. Charva, Stephano Arabicarum vocum collectori. v. Sim. Januens. Clav. sanation.*

e.) Sic & Mercerus. Tremellius, Drusus, Arias, Livilejus. Ricinus verè, ut & *νεῖτρον*, & animalculum est, & planta. Planta aliàs *Cataputia* major dicitur, & *Manus Christi*, & *Palma Christi*, *German. Wunderbaum / Creugbaum / Zerkentörner / Römischer oder Türckischer Hanff. Belg. Mossentrunt; Hispan. figvero del infierno; Persicè Kimgüt / & oleum, quod inde conficitur, Schirbacht; Arabicè*

Arabicè **حب الملوک** *Habbelmol-*

*luch* sive granū Regū seu regium, pro quō *Albemefuch* legitur apud Saladinum in *Compos. arom.* Ego tamen putārim *Fructum* sic dici non *Fruticem*. Imò frutex vel planta Arabicè *Elcherva* dicitur, uti & Syre & Punicè Sic n. B. Hieron. *Comm. in Jon.*

f.) *Planta cucurbita.* Ita Parisienses. Et rectè. Est en. Syr. **كارا** *Kar-a* idem quod

Arab. **قرع** *Karha.* *Charha* autem, *Karaha*, & *hara* cucurbita est, Matthiolo ipso observatore. Rabbini **קרה** & **קרנא** dicunt. Etiam cucurbita destillatoria, in Alembico usurpata **قرع** *Karha* arabibus appellatur.

g.) Aben Esra: **חכמי ספרד אומרים דלעת אוקרה** *Magistri Hispanienses dicunt Cucurbitam intelligi.*

h.) Accedit vox Arabica **قمام** quod est *Cucuma.*

i.) Quā voce Hebraicam **קשאני** exprimit Num. XI. 5.

k.) Talmud. *Schabb. fol. 21. 1.* **מאי שמן קיק ריש לקיש שאמר קיקיון דיונה** *Ecquid*



Ecquid est *Oleum cici*? (de eò n. ibi agitur :)  
 Res Lakisch ait : *Est oleum Kikajon Jonæ. cit.*  
*Kimchi in Jonam.*

1. ) *κίκι*. *Diod. Sic. I. 34. Theoph. I. 16. Diosc.*  
*I. 38. κίκη, Φυλόν, Hesychius. κίκκι Strabo XVII.*  
*p. m. 566. Aliàs κρότων, σέσλι κύπερον, σήσα-*  
*μον ἄγρον Trixis, Dioscorid. IV. 164. & Plin.*  
*XV. 7. σιλικύπερον. Herodotus in Euterp. πέντε-*  
*δάκτυλ.* Seritur autē in Ægypto in arvis.  
*Strabo*, & conficitur ex hujus fruticis semine  
*Oleū*, quod in Talmude *קיק יוש* dicitur, &  
*κίκινον ἔλαγον Diosc.* atque *Galen. de Simpl.*  
*VII.* Cicinū oleū *Plinio XXX. 4.* Usum lucer-  
 nis præstat. *Strabo.* Et emplastris. *Plin.* Et un-  
 ctionibus pauperculorum. *Strabo.* Quidam  
 non arbusculam, sed fructum *κίκι* appellant,  
 uti *Strabo.* Hinc exponitur

حب الخروع  
 & حب املوك *Granum Elcherva &*  
*regium.*

Rabba F. Hanne, quem *Kimchi* laudat, tra-  
 dit arbusculam similem esse arbori *צלהיבא*  
*Tzeloliba.* Quæ cujus generis sit, nemo, quod  
 sciam, indicavit.

6. Jam quid habendum sit, addo. *Primi ordi-*  
*nis Interpretes* quis reprehendisset, quamdiu  
 satis certi non fuerunt?

¶ Deinde *Hieronymus ipse, Vulgate,* adeo-  
 que

que *Aquile* Patronus, fatetur *Hederam* huc non facere, nisi quòd originariam vocè servare ausus non sit, & convenientorè non invenerit.

3. De *Ricino* quoque *Drusus* hēsitanter 8. contendit. *Livilejus* longè acriùs. Hic satis argumentorum esse putat, quòd *Kikajon* & *Elcherva* testibus *Hieron.* & *R. Sam F. Hophni* idem sint; & *Elcherva* i. q. *Ricinus*, omnium, qui medicorum Arabum libros interpretati sunt, consensu. Quod item *Kikajon* & קיק autore *Resch Lakisch* idem sint, & קיק idem quod *κίκι*, quò nomine *Dioscorides ricinum* appellat. Quòd tandem de altitudine, umbrositate, celerique incremento *Propheticæ Plantæ*, *Kimchi* & *Rabba F. Hannæ*; *ricini*, *Diosc.* *Sylli Cyprij Herod.* *Cici*, *Plin.* & *Hieron.* paria consignaverint. *Vid. ibid.*

Paucis: *Nego*, quòd *kikajon* & *Elcherva* idem sint. *Hieronymus* sanè non adedè asserit. *Nego*, quòd *κίκι* sit *ricinus*. *Vetustus error* est. *Patebit*, cùm, quòd *res est*, paulò pòst videbitur.

Prius enim refellendi sunt *Classis quartæ* 10. auctores. *Horum error subnatus* est ex antiquiore. Prius *Kikajon* pro *Elcherva* habebatur. Pòst permixtis vocibus *Elcherva*, quæ *ricinum* significat, & *Elkarba*, quæ *cucurbitam* notat, à *ricino ad cucurbitam* deventum est.

Sed *cucurbita Ægyptijs* ΝΙΜΛΩΔ *Pischlog* II. dice-

dicebatur. Nam *Pischlog* ab Aut. Scalæ magnæ

بِقَطْبَرِ *Jaktin* (Sic Arabes cucurbitam vocant) exponitur.

12. In eadem Linguâ *Ricinus* XICMIC dicitur. Et præterea planta est, quam KOYKI & KYKI appellant. Hæc est, quâ significari puto in Historiâ Jonæ. *Nomen* satis convenit. Neque aliud est, quàm, quod sæpè diximus, κίκι.
13. Tantummodò restat docere, quæ illa arbor sit; & unde Hebraica illa terminatio יין. *Drusius* putat Talmudicum קיק à Judæis ex קיקיון depravatum esse demtà caudâ. Non nemo alius, at nescio quis, קיקיון quasi יונה קיק *Kiki Jona* dictam esse. *Livilejus* Syllabam יין pro Communi quorundam nominum terminatione habet. *Grotius* ait: ין est additum. Arbitror terminationem Græcam origine esse, & ipsos Ægyptios olim κίκιον dixisse; *Punctatores* verò קיקיון quasi secundū formā vocis קיקרון scripsisse.
14. De posteriore vix dubitabit, qui de antiquitate punctorum rectè senserit. Priori obstare videtur, quòd *Ægyptiaca* Lingua ab *Alexandri* demum Magni temporibus Gracismo contaminari cæperit, uti trad. *Ath. Kirch. Suppl. p. 507. Hotting. Contr. Morin. p. 57.* Quò tamen

tamen Alexandro Jonas propè trecentis annis prior fuit. Sed loquuntur illi de COMMISTIONE VOCUM GRÆCARUM CUM ÆGYPTIACIS, unde Lingua Ægyptia nunc ferè deleta est; Ego verò de PRIMIS & adhuc TENUIBUS INITIIS HUIUS COMMISTIONIS, ut quòd Ægyptij terminationem hanc Græcam ON assumpserint. Nam & ante Alexandrū & ipsum Jonam Ægyptii & Græci sua Commercica habuerunt.

Testes appello utriusque Gentis BELLA; 15. Græcas in Ægyptò INSCRIPTIONES; Philosophorum in Ægyptum PEREGRINATIONES, Jonum Carumque sub Psammeticho COLONIAS, & quæ sunt talia.

De ARBORE IPSA Scaliger: *Stirpē etiā pueris notam esse, quæ in Syria & in Ægyptò in justā ficus magnitudinem attollatur.* Cetera Botanicis nostris relinquimus, quādiu Ægyptiacos & Arabicos hâc de re Scriptores introspicere nō datur.

𐤀𐤃 [ רהב ] 𐤁𐤀

RAHAB, DELTOTON ÆGYPTI.

Observaverant Veteres Ægyptum in S. 1. Scripturâ bis RAHAB vocari. *Psalmo* scil. LXXXVII. 4. & LXXXIX. II.

*Tertium* textum *Lutherus* addit, estque Es. 2. XXX. 7. Et id rectissimè: *Quartum* *Raschi* Job. XXVI. 12. Cui vox assentio.

Vocis etymon nihil cum Hebraicò רהב 3.

Rahab

*Rahab*, quod *superbiam* notat, commune habet.

4. Neque cum Propriò nomine *Rahabis Hierichuntinae*.
5. Sed purum putum vocabulum Ægyptiacum est.
6. Ægyptij nempe *inferiorem Ægyptum*, quà Nili ostijs in triquetram formam describitur, RIB appellabant, h. e. *Pyrum*, eò quòd Pyri figuram exprimeret.
7. Quare & à Græcis Δέλτα & Δελωλον appellata est.
8. Inde Deltoti urbs & nomus quidam Ἀθεβὴς dictus fuerat, h. e. *Cor pyri*, vel καρδία Ἀπείων, interprete *Orione ap. autorem Etymologici magni*.
9. Recentiores ΘΡΕΒΙ concisè dicunt. Sed *Ara-*  
bes etiamnum **اتريب** *Atrib*; & *Ptole-*  
*meus Ἀθεβίς*, *Leo Afer Errif*. Sed *Etrif* legendum est.
10. Acta Concilij Ephesini Strategij Episcopi Athribidis Augustamnicae meminerunt.
11. Jam AΘ & HΘ indubiè COR est, *Horo teste*, *Hieroglyph. I. 7*. Sed RIB in modernâ Ægyptiorum Linguâ Ægyptiâ nondum inveni. *Pyrum* enim, *Gracò* nomine designant.
12. Deltoton tandem Synecdochicè pro Ægyptò positum est, quòd Hebræis illud, unde exierant, quam notissimum esset. סדימ

סִטִּים [ סִטִּים ]

## SITTIM. SPINA ÆGYPTIA.

Lignorum SITTIM sacrae literae passim  
meminerunt. Fueruntque *confecta ex ijs*  
SACRÆ istæ MACHINÆ:

Arca scilicet. foederis Ex. XXV. 10.  
XXXVII. 1. Deut. X. 3. Vectes, Ex.  
XXV. 13. 28. XXVII. 6. XXX. 5.  
XXXVII. 4. 15. 28. XXXVIII. 6. Mensa. Ex.  
XXV. 33. XXXVII. 10. Tabulae Tabernacu-  
li Ex. XXVI. 15. XXXVI. 10. Columel-  
lae velorum, Ex. XXVI. 32. 37. XXXVI. 36. Al-  
tare, Ex. XXVII. 1. sic Fumigij sc. XXX. 1.  
XXXVII. 25. & Holocausti. xxxvii. 1. confer.  
Ez. XLI. 19. Joël. III. 18.

Sed *Nahal Sittim* Joël. III. 18. & *Abel Sit-  
tim* Num. XXXIII. 49. Locus est (conf: Num. 2.  
XXV. 1. Jos. II. 1. III. 1.) arboribus *ὀμῶνυμος*.  
*Hieron. in Mich. VI. 5.* Nempe uti à Quercu-  
bus אֵלון *Alon*, à Moris בכח *Bacha*, à pal-  
mis תמר *Thamar*, & דקלה *Dikla*, à malis.  
Punicis רמון *Rimmon*, aliaque Loco ab alijs  
*Arboribus* nomen habebant.

De Ligno SITTIM variæ conjecturæ sunt,  
ut patet ex sequentibus Interpretum CLAS-  
SIBUS.

1. Eorum quidam ipsas servaverunt SYL-  
LA- 4.

G

LA-

4.

LABAS. Sic  $\text{C}\eta\tau\lambda\alpha$  lectum fuit in *Aquila* & *Symmachi* versionibus. *Ef.* XLI.

5. Est autem  $\text{C}\eta\tau\lambda\alpha$  ipsissimum  $\text{ΠΩΨ}$  *Schittah*. Nos enim *Schittah* quidem legimus, sed veteres *Setta*. Sic *Hieronymus* non *Sittim*, sed *Settim*, ad *Ef.* XLI. scripsit. Ibi vero singularem  $\text{ΠΩΨ}$  *Schittah* habes.

6. 2. Ceteri Scripturarum Magistri nullum non arboris genus huic, de quo agitur, liganto supponunt.

1. CEDRUM Philo III. de Vita Mosis. Kimchi, Villalpandus, Arias Mont. Sa, Tremell.

2.  $\omega\acute{\iota}\tau\omega\nu$ , pinum, *Föbren* / *Luth.* *Ef.* XLI. *Föbrenholz.* *Id. ceteris locis omnibus.*

3.  $\omega\upsilon\acute{\xi}\omega\nu$ . buxum. LXX. *Ef.* XLI.

4.  $\chi\acute{\iota}\nu\omega\nu$ . lentiscum. LXX. Mich. VI. 5.

5.  $\acute{\alpha}\chi\alpha\nu\theta\alpha\nu$ . *Theodot.* *Ef.* XLI. *Philo* I. de *Insomnijs*.

6.  $\xi\acute{\upsilon}\lambda\alpha\ \acute{\alpha}\sigma\eta\omega\lambda\alpha$  LXX. Num. XXV. 1. Ubi tamen non de arbore, sed loco Sermo est.

7. Citrum. SEMNIUS Herb. Bibl. c. 37.

8. Laricem. DANÆUS Phys. Christ. III. 76.

7. 3. HIERONYMUS, quam putet arborem esse, non tradit, sed ait SPINÆ ALBÆ similem esse, ad *Ef.* XLI. 19. *Colore sc. & Foliis, non magnitudine.* Idem in *Joël.* III. 18. *Sunt enim*

nim pergit, grandes arbores, ut latissima ex iis tabulata cœdantur. Iisdem locis tribuit illis fortitudinem, h. e. duritiem, seu, ut ipse loquitur, soliditatem, incredibilem levitatem, & nitorem, imputribilitatem, pulcritudinem, ita ut ex his vasa etiam torculariũ, quæ ἀρσενας & θήλας vocant, ditissimi facere soliti sint. Addit: nuspiam, nisi in Arabia solitudine, reperiri.

Pro CEDRO ligni præstantia militat, auctororum judicio. Sed nauci hoc argumentum est. v. Joh. Henr. Ursin. Arboretum c. 22.

§. 7. Esaias item cedrum & settam distinguit l. c.

LARICIS item virtus esse dicitur, flammam non concipere & ægrè comburi, aut. Plinio, Vitruvio.

Sed quid hoc ad rem? Prætereà negat hanc Laricis conditionem Matthiolus Epp. IV. 1. ad Ulyss. Aldrovandum.

BUXUS, LENTISCUS, PICEA ex defectu proprii nominis submissa sunt: quodque Grecis Latinisq; aurib. arbor Arabica ignota esset.

4. J. H. URSINUS tandem operosè probatum it, Settam ACACIÆ GENUS esse. Est autem Acacia (1.) duũ generum; Candida, quæ facillè putrescit; nigra, quæ incorrupta manet, & ob id ad naviũ latera, ventrisq; compagine usurpatur. (2.) Excellit magnitudine, ita ut ineteries duodenorũ cubitorum tectis idonea exinde cœdatur. (3.) Spina a. dicitur, quod



tota arbor spinis horreat, caudice excepto (4.)  
 Fructus leguminum instar siliquis complectitur (5.) eo gallæ vice coria perficiunt. (6.)  
 Flos aspectu jucundo & medicinæ utilis. (7.)  
 stillat arbor & *gummi*, cum sponte, tum ex  
 vulnere. Ita THEOPHR. & MATTHIOL. VES-  
 LINGIUS addit, se Acaciæ caudicem non raro  
 deprehendisse ampliorem, quam ut brachio  
 circumdare potuisset. BELLONIUS, quod per-  
 sterilem Arabiæ solitudinem nullas præter Aca-  
 ciam stirpes repererit, quodque gummi dili-  
 genter ab Arabibus colligatur, & à veterib.  
*Arabicum* appellatum sit. *Observ.* II. 56.

12. Hæc itaque potissima *URSINI* argumenta  
 sunt, quòd Acaciæ *descriptio*, & *locus* ubi  
 nascitur, *Settæ* convenient. Cetera, quæ ab  
*Etymologiâ* atque à *similitudine spinæ albæ* &  
*Acaciæ* deducit, *valdè infirma* sunt. Maxi-  
 mè, quòd præsupponit, Hieronymum *spinam*  
*albam* dixisse, quæ *oxyacantha* dici debuisset.  
*p. 315. m. 318. pm.*

Priora tamen idèò satis firma non sunt. Imò ipse tandem sic concludit: *Si quid novisti  
 rectius, candidus imperti.*

13. Itaque *ΦPONTICON*. Nec dubito, quin  
*Hieronymus*, ut aliàs soepè, veri similiorem  
 sententiam tenuerit. Sed cum ligno *Sittim*  
 non *nomen spinæ albæ* sed *similitudinem* quan-  
 dam tribuat, *Setta* nec *DIOSCORIDIS* ἀκασ-

γαλευκὴ

λευκή, ( de quâ ille III. 12. quicquid COR-  
NEL. à LAPIDE conjiciat, ) nec *Dodonei*  
λεοκάκωρα, ( de quâ is *Pempt. VI. 1. 16.* )  
nec URSINI *Acacia* est. Imò si *Setta spina*  
alba *Dioscoridis* fuit, *Cardus* similior fuit, aut  
*Chamaeleoni*, quam arbori; si *λευκάκωρα*,  
*Rhamnus*; si *Acacia*, non *alba spina*, non *spi-*  
*na Ægyptia*.

*Setta* autem *spina Ægyptia* est, secundum 14.  
*Theodotionem*, quem *Hieron.* laudat. Estque  
arbor, quam Ægyptij abolim  $\Psi$ ONT ap-  
pellant. Arabicè  $\text{كينا}$  *Sent* dicitur.

*Dioscoridi*  $\sigma\eta\pi\omega\nu\ \delta\acute{\epsilon}\nu\delta\rho\gamma\omega$ ; *Symmacho*  $\text{Cήτα}$   
&  $\text{Cήνα}$ , & inde  $\alpha\iota\ \sigma\eta\tau\alpha\iota$ ; Nonnullis etiam  
*spina Arabica*.

Jamque idem vocabulum sunt hi soni: 15.

*Setta. Hieronymi & Aquila.*

*Schitta. Masoreth.*

*Sehont. Ægypt.*

*Sent. Arab.*

Solenne n. est, literas E, I & O permuta-  
ri; *Dages* verò in Literam N. resolvi.

Interea quibus PICEA placet, hi errant qui- 16.  
dem sed paulò levius. Nam Ægyptiacè PI-  
NUS CON† dicitur, &  $\text{C}\omega\text{N}\dagger$ . Fortè &  $\text{C}\acute{\iota}\nu\text{C}$ ,  
non  $\text{C}\acute{\iota}\nu\text{C}$  legendum est in versione Ptole-  
maicâ.  $\text{E}\acute{\upsilon}\lambda\alpha$  autem  $\text{ἀσπιλα}$  depravata vi-  
dentur.

dentur ex voce *σήρα*. Quæ ipsissima *Setta* est. Neque inepta est illa *Allusio*. Serius n. putrescit lignum hoc.

Porrò *Gummi Settæ Agaricū* dicitur. *Diosc.* III. Et sic fortè ap. *Bellonium* l. c. legendum est, non *Arabicum*. Etsi nihil intersit, atque denominatio *Belloniana* *Resinæ arboris Arabices* ritè conveniat, *Resinam Copti* eodè nomine, quo *Arborem* appellant. CONT sc. quod

exponitur *الدرياق Theriaca*, seu *antidotus*. Veluti *Agaricum*, quod à nonnullis pro *laricis fungo* habetur, à *Veterib. Familiare Medicamentū* dictum fuit.

סס [ תפת ] סס

TOPHET. THOYT, *Deastri nomen*.

1. ETiam *Topheti* frequens in divinis *Pandectis* mentio est. In *Regum* videlicet *Historia*, & *Jeremia* concionibus.

2. Quod verò *Jobus* XVII. 6. conqueritur se *למשל עמים* *Proverbio* hominum esse, & *תפתם* & *Tophetum coràm iis*, huc non spectat. Estque ibi vox *Tophet* vel idem est quod *מפת Mophet*, *Prodigium*. v. *Pf. LXXI. 7.* vel *1. q. תוף Toph*, *tympanum*. v. *Ez. XXXIII. 32.*

3. Ceteris locis *TOPHET* *idolelaticum* vocabulum est. De quo sequentia observavi.

1. Vocè *ALIQUAMDIU QUASI HONESTAM* fuisse inde colligo, quòd *Tandem NON*

א.י.

AMPLIUS TOPHET dicendum esset, *Jer. VII. 31. XIX. 6.* Quod nec mirum. Nam & BAALIS nomen pium olim erat. *Lev. XXI. 4.* sed cum ab Idololatri in *Abusum* raptum esset, abrogandum erat. *Hof. XI. 16. 17.*

2. Fuit etiam vox ALIQUANDO QUASI SACRA. Nā *Profanandū* erat TOPHET & *Profanatū* est. *Profanandū* erat Jeremiæ tempore. SANGUINE sc. & SEPULTURA, nisi fallor, INSEPULTA. Sic enim Dominus *Jer. VII. 31.* *Non dicetur amplius TOPHET & Vallis filiorum Hinnom. sed גַּי הַחַרְבָּה Vallis cædium, & sepelient cæsos in Tophet מַאִין מַקוֹם* ed quod locus non supererit (vel, ut non supersit.) v. 32. *Eritque hoc cadaver populi in esca volucriū &c.* Sic & *Jer. XIX. 6.* nisi quod priore loco יִמְרָא legitur; posteriore יִקְרָא *Profanatum est Josia tempore. Dicitur en. is 2. Reg. XXIII. 10.* תִּפְתֵּי הַחַמָּה *Tophetum polluisse.*

3. Est & TOPHETUS idem qui *Baal*. Hoc est, quem Ægyptii Tophetum vocabant; hunc Assyrii Baalem. Altaria enim Topheti Altaria Baalis vocat *Jerem. XIX. 5. v. à Lap. in Lev. XVIII. 21.*

4. Tophetus itaque *Numinis* loco habitus. Atque *Altaria* extracta ei erant, quæ בְּמֹת חַתְפָּה *altaria Topheti, Jer. VII. 31. dicuntur.*

Talia in valle filiorum Hinnom ædificaverant, 4.

G 4

rant,

rāt, *ibid.* Erat autē hic Vallis propē Jerusalē *Jof.* xv. 8. xviii. 16. ad radices montis Moria, rigabaturq; aquis fontis Siloæ. *Hier.*

Et *Tophetipsū* pro *Loco* accipitur. Nam (1.) Cœsi sepeliēdi dicuntur *בתפר* *Jer.* vii. 32. xix. 11. Debebatq; (2.) *Tophet* Typus Urbis esse. *Jer.* xix. 12. 13. nec (3.) amplius *Tophet* dicendus. *Jer.* vii. 32. xix. 6. *Jeremias* quoque (4.) finita concione *מרתפת* ex *Topheto* redijt, xix. 14.

6. Ibi scil. *Topheti* altaria erant. Et quidem *לשרף* ab *comburendos* *liberos* igne. *ibid.* v. v. 32. *traducendosque* per ignem. 2. *Reg.* xxiii. 10. *שאר באש* v. *Lev.* xviii. 21. 2. *Reg.* xvi. 3. xvii. 17. 31. 2. *Par.* xxviii. 3. xxxiii. 6. *Jer.* xxii. 35. *Pf.* cvi. 37. 38. *Indeque* *TOPHET* æquē ac *VALLIS* *Filiorum Hinnom* pro *Gehenna*, vel *inferno* accipitur. *Targ.* *Job.* xvii. 6. v. *Esaia* xxx. 33.

7. Summa *Idololatriæ* hæc est: *Pagani* *DIS* homines vel *Februabant*, vel *immolabant*. *Februatio* *purgatio* quædā erat & *Initiatio*, *Infantū* maxime, uti *Jacobitarum* *Baptismus* ignis. *Plut.* *desuperst.* *Justinus* *Martyr* *adv.* *Tryphonē* & *Apol.* *ad Anton.* *Pium.* *Tertull.* l. de *Bapt.* & de *Præscr.* & de *Coron.* *mil.* *Nonno* *Synag.* *Hist.* *ad Nazianz.* *Stelit.* l. s. 6. 47. *Socrates* II. 11. v. 16. *Nicetas* *ad Orat.* *Nazianz.* 39. *Suidas* *in* *Mithra.* *Cœlius* *Rhodig.* *A.L.* xv. 12.

*Immo-*

*Immolatio*, vivi comburiū erat, ita ut in publicis calamitatibus *Carissimos & Excellentissimos* cremarent humanoque sanguine DIS litarent.

Observabant hanc Tyrannidem pleræque Gentes, uti docent Cyril. IV. c. Jul. pr. Euseb. præpar. IV. 7. ex Diod. Sic. Dionys. Halicarn. Manethone &c. 8.

Tales erant:

ÆGYPTII quorum *αἰθρωποκλονία* tamen Amosis Heliopoli in Ægypto abrogavit, aut Porphyrio ex Manethone. CANANÆI. *Psal.* CVI. 38.

PHOENICES, *Porphyr.* l. II. *περὶ δόξης*. Euseb. Orat. De Laud. Constant.

CARTHAGINIENSES, qui ab Agathocie victi ducentos nobilium filios immolarunt, Festus ap. Lactant. de F. Relig. l. 2 1. Sic Imilce, Annibalis uxor, Asparum filium immolavit, *Silius Ital.* IV. v. Phil. Hist. Phœn. l. 1. Cart. IV.

CRETENSES. *Diod. Sic.* XX. Plato, Plut.

ROMANI. v. Dress. de Festis, ubi de Comitalijs.

SEPHARVÆI 2. Reg. XVII. 31.

AMMONITÆ 1. Reg. XI. 5. 33. 2. Reg. XXIII. 13

Tantum relligio potuit suadere malorum!  
De *Mexicanis* v. Anton. Mendoz.

MOLOCHO autem infantes immolabant, 9.  
h. c. Saturno (*Porphyr.* l. c. Euseb. l. c.)

G 5

tem-

temporis Deo liberorumque glutoni v. *August. Civ. DEI. VII. 9.* Idque aliquando & Israëlitaë faciebant. E. G. *Ahas, Rex, 2. Reg. XVI. 3.* conf. *Jaseph. IX, 12. v. de Salomone 1. Reg. X. 5. Manasse. 2. Reg. XXXIII. 6.* In valle sc. Hinnom. Etiam in deserto, quod colligitur ex *Act. VII, 43. à Lap. Lev, XVIII. & decem tribus in Captivitate Babylonicâ. 2. Reg. XVII. 17. Quasi Exemplo Abrahami. Corn. à Lap. vel Jephtha.* Sed contra *Legem Mo- sis*, imò *DEI.* Quia n. inter *Ægyptios & Cananaos* *Αυθρωποδύτας* habitaverant, *Lev. XVIII. 3:* ideoque Dominus in specie prohibebat hunc Idololatriam *Lev. XVIII. 21. XX, 2. Deut. XVIII. 10.*

10. Id dicebatur *semen liberofque Molocho* *DARE, Lev. XVIII. 21. CREMARE. Jer. XXXII, 35. PER IGNEM TRADUCERE. 2. Reg. XXIII. 10. זבח & שפךדם sanguinem effundere. Ps. CVI. 37. v. Sap. XII. 5. 5. XIV. 23. Philo l. de Abrahamo.* Sed non ubique immolatio intelligenda est. Hiskias enim à patre Achalo Molocho dedicatus, perque ignem traductus, *l. c.* pòst cultum illum destruxit. *2. Par, XXXIII. 3.*

11. Hinc solam februationem illasamque lustrationem intelligunt *Raschi, Dav. Kimchi, Mikozì Præcept. Neg. XL. Majim. More Neb. III. 38.*

12. Ex dictis liquet, *TOPHETUM* etiam eundem

dem esse, qui MOLOCH, v. 2. Reg. XXIII.  
10. MOLOCH verò etiam in EXERCITU  
Cœli erat. v. Reg. XXIII. 4. 5. Jer. VII. 18.  
19. XIX. Zeph. I. 4.

DII tandem, quib. gentiles liberos dedica-  
bant, Dæmones שרפים Psal. CVI. 37. dicuntur,  
& עֲצָבִים Idola, v. 38.

Venio ad vocis TOPHET originem. Eam 13.  
nemo non à תוף tympano dictum vult.

Ego verò ausim asserere vocem Ægyptiam 14.  
esse, & Tophetum eum esse, quem Ægyptii  
θεῦθ appellabant; imò & תבת Thebet, men-  
sis nomen, idem esse. Quàm enim facile al-  
ternant literæ PH, B, & W; Item T. & TH?  
Ceterum Thoyth famosissimus Ægyptiorum 15.  
sive DEUS sive Divus fuit, & idem qui  
θεῦθ, de quo tale quid Plato in Philabo. Mirè  
n. nomen hoc variat. Scribiturque Ægyptiis  
θεῦθ. Sanchon. ap. Phil. Bybl. (leg. θεῦτ.)  
Alexandrinis θεῦθ, Id. Thoyth ap. Cic. de  
Nat. Deorum III. θεῦθ ap. Platon. Theuth.  
ap. Ciceronem. Theutus ap. Lactant. de falsâ  
relig. I. 6. θεῦθ Anthol. Gr. I. 91. Thot ap.  
Lactant.

Est autem idem qui Phœnicum τῆαυθος. 16.  
Sanchon. & Græcorum ἑρμῆς, Mercurius.  
Idem. Gallorum Teutates, de quò Liv. XXVI.

Is imprimis ab Ægyptiis cultus fuit. Ei mensis 17.  
primus



*primus sacer, & maximè duodecima ejusdem  
dies; vel vicesima secunda. Plut.*

## APPENDIX.

Quomodo intelligenda sint verba  
JOSEPHI:

*Abominatio Ægyptiorũ est, quicunq; oves  
pasitur.*

Gen. XLVI. 34.

1. *Josephus Patriarcha, cum fratribus in Ægypto gratiam, locumque conciliaturus esset, hoc ipsis consilii dabat.*

*Pharaon scil. interrogaturus erat: Quid negotiarentur? Unde viverent? Quo quidem Amasis Lex spectat, de quã v. Herod.*

*Tum responderi volebat Josephus: אנשי מקנה Pecuarij sunt servi tui à juventute huc usque, cum nos, tum patres nostri. Gen. XLVI. 33. 34. Sic, inquiebat, habitare poteritis terram Gosen. Ea n. & felicissima Ægypti erat, & Cananæ vicinissima. Neque sine causa Josephus, cum adventum suorum Regi indicaret, dicit: Ecce in terrâ Gosan sunt. Gen. XLVII. 1. Rogati itaque à Pharaone Fratres, sic ajunt: רעי הצאן Pastores ovium sunt servi tui. Et nos & Patres nostri. Gen. XLVII. 3.*

2. *Sed Josephus rationem quoque Consilii adjecerat. His quidem verbis: כי תעבת מצרים כל*

כר רעה תמצ Siquidem Abominatio Ægyptio-  
rum est, quicumque oves pascitur. Gen. XLVI. 34.

Quorum quidem verborum receptissima 3.  
interpretatio est: Pastores pecorum reverà a-  
pud Ægyptios abominationi & exosos fuisse.

Sic Fl. Josephus II. 7. Αἰγυπτίοις γὰρ ἀπει-  
σημένον περὶ νομαὶ ἀναστέφεται. Ægyptiis  
non erat licitum greges aut pascua curare.

Cyprianus, aut quisquis ille fuerit, qui de  
Nativ. Christi in Card. Oper. scripsit: Sole-  
bant execrari Pastores, & abominari oves at-  
que pecora.

Causam odij nonnulli ad illorum Ægypti 4.  
Regum tyrannidem referant, qui ὑκσὼς di-  
cebantur i. e. ποιμένες βασιλεῖς.

Pleriq; verò eò referunt, quod Ægyptii pecu-  
des instar Deorum habuissent, adeoque abomi-  
nati essent, qui illas mactarent.

Idemque probare satagunt ex Ex. VIII. 26.  
Deus scilicet volebat sibi ab Hebræis sacrifi-  
cari extrà terram Ægyptiam, in deserto trium  
diatarum spatio abinde. Ex. III. 12. 15. V.  
3. 17. Refragabatur Pharaon, nolebatque Isra-  
ëlem dimittere, sed vel tandem consentiebat,  
ut Deo suo כרנא in terrâ, ubi habitabant,  
sacrificarent. Ex. VIII. 25. Moses contrà in-  
vidiam odiumque Ægyptiorum causabatur,  
quare inter eos non conveniret, nec tutum  
esset sacrificare. Non est, inquit, consultum, ut  
sic

*sic agamus. Siquidem תועבת מצרים abominationem Ægypti offerremus Domino Deo nostro. Si abominationem Ægypti immolaremus in conspectu illorū, annon lapidaturi nos essent?*

Intelliguntur à h. l. per abominationem Ægypti *pecudes sacra*, quas Hebræi maētaturi erant, nō tam quōd Hebræi illū *animaliū cultū* abominarentur, quam quōd *animalia NUMINUM LOCO* Ægyptijs essent, & e. g. Jovem ammonium in ariete, a pin in Vitulo, Mnevin in bove colerent. v. *Philo. conf. Ex. XXXII. 4.*

Quōd si verō Ægyptij omne pecus coluissent, nullumque maētassent; Hebræi contra indifferenter jugulassent, merito Ægyptiis abominationi fuissent.

Sed (1.) certum est, Ægyptios pecus aluisse, equos oves boves, asinos & al. Namque Gen. XLVII. 17. legimus: Ægyptios Josepho equos & asinos oves atque boves suos vendidisse frumento. E. ista animalia aluerant. In quem verō uum? Resp. Corn. à Lap. in Gen. XLVI. 34. Primò ad lanam & lac; secundo ad suam oblectationem, tertio ad stercorationem agrorum, Quartò, ut aliis gentib. eas divenderent. **NON AD ESUM.** Sed, quid ergò cum *late*?

Imò maētaverunt Ægyptij pecudes, non tantum ut *ederent*, sed et ut *sacrificarent*, Manethone & Strabone testibus.

Dein Ægyptij *non pecus*, sed *Deum incogni-*

*num* (Act. XVII. 23.) *sub specie pecorum* colere elegerant. De quo disertè *Rom. I. 23.* Mutarunt gloriam incorruptibilis Dei in simulacrum imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & reptilium. Hæc causa est, quod cum DEUS Mosaicas Prohibitiones Ægyptiorum Cananæorum, Zabæorum ἐτελοθηρακείας opponeret, simulacra primo præcepto Legis Moralís interdixerit. *Simulacra* itaque, non *pecudes* ipsæ, Hebræis abominationi fuerunt, cum quod *idola* essent, tum quod *numinum loco* haberentur.

Interea Moses Abominationes vel Numina non *idola* ipsa h. l. sed *pecudes*, quarum *idola* erant, vocavit.

His ego motus rationib. *Josephi verba*, quibus ratione concilii tradit, sic intelligo q. d. Pastores ovium ab Ægyptios q. Numina (quæ scil. Hebræis abominationi erant) fuisse.

Aliàs Josephus Patrem fratresque pharaoni commendare congruè non potuisset, nec ipse gratus esse regi.

Sed & cum pecora (in quorum specie DEOS colebant,) magnificerent, quidni pastores eorum? Cumque pharao Josephi fratres magnificere vellet, non tantum permittebat, imo edicebat, ut ארץ מצרים *Optimum terra locum* occuparent, sed & Iosepho committebat, ut siquidem gnari essent, pecudibus suis fratres præficeret. *Gen. XLVII. 6.*

Sed & inde colligitur, quod *Pastores ovium* verè abominationi Ægyptiis non fuerint, quod Reges sanctiore Lingvâ *Hycfos* hoc est, *ovium Magistros* appellarent. De quo vid. *Gloss. Profan.*

## INDEX I.

## GLOSSARUM.

אביב	<i>Abib</i> , Mensis nomen.	7.
אמון	<i>Amon</i> , n. Deastri.	8.
גבעל	<i>Gib-ol</i> , Præpositio Ex.	9.
כנה	<i>Channa</i> , Planta.	10.
מלך	<i>Moloch</i> , n. Deastri.	11.
מן	<i>Man</i> , Manna.	13.
מפ	<i>Moph</i> . Memphis, U.	23.
משה	<i>Mosis</i> nomen.	25.
נא	<i>No</i> . Nomen Urbis.	30.
ניסן	<i>Nisan</i> , Mensis nom.	40.
סחר	<i>Sobar</i> , Carcer.	48.
פרעה	<i>Phamonis</i> nomen.	49.
צפנת פענח	<i>Zophnat Paaneach</i> .	65.
קיקיון	<i>Kikajon</i> , Kiki, planta.	88.
רהב	<i>Rahab</i> , Deltoton Ægypti.	95.
שטים	<i>Sittim</i> , Spina Ægyptia,	97.
תפת	<i>Tophet</i> . <i>ἄωθθ</i> .	102.

## INDEX II.

## LOCORUM SCRIPTURÆ.

## GENES.

XXXIX. 20.	סחר	Carcer.	pag. 48.
XLI. 45.	<i>Zophnat Paaneach</i> .		65.
			XLIV.

XLIV. 5:15. נחש Divinare. 69.

XLVI. 34. Abominatio q. Nomen. 108.

EXOD.

IX. 31. גבעל Ex, præpos. 9.

XVI. 15. מן הוּא Manna. 17.

LEVIT.

II. 14. אביב קלוי 1.

XX. 5. Moloch. 11.

XXIII. 14. Panis tostus. Frumentum tostum. 1.

2. REGUM.

XVII. 4. So, Rex Ægypti. 59.

PSALM.

LXXX. 16. Channa, planta, 10.

LXXXVII. 4. Rabab Delta Ægypti. 95.

LXXXIX. Id. ib. 1.

ESAIAS.

XIX. 13. Memphis. 23.

XIX. 18. Heliopolis. 31.

XXIX. 4. Ἐγυπτίους. 70.

XXX. 7. Rabab, Ægyptus. 95.

XLIX. 12. Sinai. 34.

JEREMIAS.

XLIV. 30. Pharaon Hophra. 59.

XLVI. 25. Amon Ægypti. 8.

EZECHIEL.

XXX. 13. Urbes Ægypti VIII. 30.

DANIEL.

VII. 2. Temporum adulter (Muhamed) 59.

HOSEA.

IX. 6. Moph, Urbs Ægypti. 23.

JONAS.

IV. 6. Kikajon, Cucurbita. 38.

MATTHEUS.

V. 12. Παχά. II.

JOHANNES.

VI. 31. Ros mellens, Verf. pers. 22.

ROMAN.

I. 23. Dei gloria Idololatricè mutata. III.

INDEX III.

RERUM ac VERBORUM.

- A**ccommodatio vocum exoticarum. 9. num. 5.  
II. n. 4.  
Ægyptii Animalia numinum loco habebant. 110. num. 5.  
Ægyptiaca Festa. 7. num. 21.  
Ægyptiaca Lingua ab Alexandri M. demum temporibus Gracismo contaminari cepit. 94. n. 15.  
Ægyptiæ Theba. 9. n. 7.  
Alcähira, Urbs Ægypti. 24. n. 2.  
Alliteratio V. Accommodatio.  
Amosis, Rex. 65. num. 1.  
Amon, Iupiter Ægypt.  
8. n. 3.  
Anni Ægyptiaci ratio. 6. num. 11.  
Apis Ægypt. an Iosephus. 27. num. 5.  
Articulus Hebræicus præfixus vocibus n. peregrinis. 2. n. 8. II. n. 3.  
Aven, Urbs Ægypti. 31. n. 2.  
Baptis-

<b>B</b> aptismus ignis.	104. n. 7.
Bubastus, Urbs Ægypt.	37. n. 17.
Busiris, Urbs Ægypt.	37. n. 18.
<b>C</b> hataja, an China.	56. n. 2.
China (Imperium Sinense;) Vox variè lecta.	36. n. 16.
<b>D</b> ies à Diis & Heroibus denominati.	4. n. 11.
Diocletiani anni forma.	7. n. 19.
Diospolis, Urbs Ægypt.	9. n. 7.
<b>E</b> lul, nomen Mensis.	4. n. 10.
Epagomenæ.	6. n. 18.
Epaphus.	5. n. 15.
Errores latè serpunt.	78. n. 19.
<b>F</b> ebruatio.	104. n. 7.
Festa Ægypt. & Mubamed.	7. n. 21.
Paganorum & Christianorum.	44. n. 10.
<b>G</b> osen, Regio Ægypti.	108. n. 1.
<b>H</b> e Theticum.	30. n. 17.
Hysteron proteron.	64. n. 22.
<b>I</b> nfantium immolatio Idololatrica.	19. n. 10.
Jupiter, Rex deorum.	105. n. 9.
Isis.	16. n. 11.
<b>K</b> alendæ Roman.	64. n. 23.
Kedarena lingua.	44. n. 15.
<b>L</b> ibri Molocho dati.	26. n. 4.
Literis Quiescentibus vocalem s. præcedentis s. sequentis tribuunt Græci.	106. n. 10.
Malcom.	64. n. 21.



<b>M</b> Alcom.	11. n. 4.
Manna.	29. n. 10.
Mannæ <i>caelestis</i> descriptio.	19. n. 2.
Mars, <i>planeta</i> .	15. n. 10.
Memphis, <i>Urbs Ægypti</i> .	23. n. 2.
Menses à <i>Dis</i> , <i>Heroibus</i> <i>Regibus</i> que denominati.	4. num. 11.
Mercurius <i>planeta</i> .	15. n. 11.
Milcom.	11. n. 4.
Moloch.	11. n. 4. 105. n. 9.
Monios.	26. num. 4.
Mosaicas <i>prohibitiones</i> Ægyptiorum, Cananæorū, Zabæorum, ἐπελοθησκείας oppositæ. 11. n. 7.	
Mosis multa <i>nomina</i> .	25. n. 3.
<b>N</b> Abonassea <i>anni forma</i> .	6. num. 18.
Neptunus.	29. num. 16.
Nisan.	4. num. 10. 40. n. 1. sq.
No, <i>Ægypti Urbs</i> .	8. n. 3. 38. n. 1. sq.
Nomina <i>propria</i> translata in alias <i>lingvas</i> . 33. n. 15.	
<b>P</b> atriæ Pater.	64. num. 23.
Pelusium, <i>Urbs Ægypti</i> .	33. n. 13.
Pharoniæ <i>filie</i> nomen.	27. n. 8.
Pharmut.	64. num. 23.
Planetarum <i>tabula</i> .	13.
Pluralis plurali superadditus.	
Priapus.	16. num. 11.
<b>R</b> egum (in variis <i>gentibus</i> ) <i>communia nomina</i> .	49. n. 1.
<b>S</b> anctorum <i>nomina</i> mensibus tributa.	5. n. 12.
Saturnus.	15. n. 11.
	Sera-

Serapis.  
Sin. Sy.  
Sinorum  
Sium. S.  
Sol. in  
T in  
Tam  
Turolog  
Thebe  
Thebet.  
Tophet.  
Vallis  
Venus  
Voces al  
Voces pe  
Zan,  
Zop  
M  
Qui  
quando  
a verò.  
reales  
tur, se  
emplo  
scripsit  
(ante to  
Pag 5

Serapis.	16. num. 11.
Sin, <i>Syr.</i> lutum.	33. num. 13.
Sinarum <i>nomen.</i>	35. num. 16.
Sittim, <i>Spina Ægyptiaca.</i>	97. n. 1. sq.
Sol, an <i>Moloch.</i>	16. n. 11.
<b>T</b> in H. versum.	30. num. 17.
Tammus, <i>Mensis.</i>	4. num. 10.
Tautologia.	62. n. 13.
Thebæ <i>Ægyptiæ.</i>	9. n. 7.
Thebet.	4. n. 10.
Tophet.	102. n. 1 sq.
<b>V</b> allis <i>filiorum Hinnom.</i>	103. n. 3.
Venus, <i>planeta.</i>	15. n. 15.
Voces <i>aliquandiu quasi honestæ.</i>	103. n. 3.
Voces <i>peregrina ac si Hebraicis essent usurpata.</i>	2. num. 8.
<b>Z</b> oan, <i>Urbs Ægypti.</i>	38. n. 19.
Zophnat <i>Paaneach.</i>	65.

---

**AUTORIS ADMONITIO.**

Qui alienis oculis nimis fidenter aliquando vident, sic satis sæpe abstrahuntur à verò. Qui errorem advertunt, ne temerè alios quoq; abducant, ingenuè profitentur, se errasse, & inagnorum Virorum exemplo meritò retractant, quæ minus recte scripserant. Quare in Glossario hoc sacro (ante tot annos impresso)

*Pag. 5. numerus 5. totus deletus.*

Etq; loco reponatur:  
Sic & Lustra Deorum Nominibus *insigni-*  
*verunt* veteres Ægyptii. Vocatusq; est  
primus *annus SOTHIS*, secundus, *Isis*, ter-  
tius, *SERAPIS*, quartus, *HORUS*. Sed re-  
centiores Coptitæ Habessinorum *exemplo*  
quatuor Evangelistarum Nomina *substi-*  
*tuunt*.

Pag. 35. *Sinæos* Esaiæ (XLIX, 12) Si-  
nas fuisse, frustra contendimus. Sinarum  
enim Nomen ante Alexandri M. tempora  
neqve in Sinis, neq; extra Sinas, cognitum  
fuit.

Reliqua in hōc aliisq; opusculis *emenda-*  
*daturus, si licuisset, eram.*

Proverb. XVIII. 17. Vulg.

S. D. G.



in signi-  
scq; est  
lis, tar-  
ed re-  
cempto  
suffi-

p) Si  
narum  
mpora  
nium


1714



*F. Reppien*







the scale towards document

16. num. 11.  
33. num. 13.  
35. num. 16.  
97. n. 1. sq.  
16. n. 11.  
30. num. 17.  
4. num. 10.  
62. n. 13.  
9. n. 7.  
4. n. 10.  
102. n. 1 sq.  
103. n. 3.  
15. n. 15.  
103. n. 3.  
2. num. 8.  
38. n. 19.  
65.

*oneste.*

raicis essent usurpata.

**MONITIO.**

nimis fidenter ali-  
s saepe abstrahuntur  
advertunt, ne teme-  
t, ingenuè profiten-  
orum Virorum ex-  
nt, quæ minus recte  
Glossario hoc sacro  
fo)  
otus deletus.